Ad argumentũ autem in cõtrariuȝ dicendũ: q̧ aliquãdo imperfectum debet̃ rei ſm ſe: ſicut fidei ſm ſe debet̃ impfectio: cum ſit viſio enigmatica: et cum ſit rerũ nõ apparẽtium: et qḋ ſic impfectum eſt euacuabit̃ per eſſentiã: quãdo venerit qḋ pfectuȝ eſt. aduenięte eni viſiõe apta euacuabit̃ habitus fidei. aliquando eniȝ aliqd eſt impfectuȝ: nõ q̧ ei cõpetat impfectio ſm ſe: ſed ſolum rõne ſtatus: ſicut charitas viatoris eſt impfecta: nõ q̧ charitati ſm ſe cõpetat imperfectio: ſȝ hoc eſt rõne ſtatus vie in quo nõ poteſt habere eſſe oĩno perfectum: et qḋ ſic impfectuȝ eſt nõ euacuabit̃ per eſſentiaȝ: ſed tolletur ab eo id qḋ eſt impfectiõis. vnde dicit Apl's: q̧ charitas nunq̃ȝ excidit. perficiet̃ eni charitas in patria. ſed nõ euacuabitur: ſic q̃ gratia nõ dicit de ſe imperfectionẽ: nõ euacuabitur in patria: ſed perficietur et cõſũmabitur. Perfecta autem et cõſũmata erit ideȝ quod gloria. ad quam nos perducat deus: qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Et ſic expletuȝ eſt ſcḋm quolibettum dñi Egidij de Roma. (Prime ad Corinthios. xiij. ⁊ intelligit̃ reſpcũ gl'ie: nõ q̧ in via non poſſit p peccatũ amitti.)

¶ Jncipit tertium quolibettum eiuſdem.

Omnes queſtiones in h̃ noſtro quolibetto queſite hoc mõ ad ordinẽ reducentur: q̃ querebatur ibi de ente in generali: ⁊ in ſpeciali. Jn generali qdeȝ erat queſtio. Utrum iſtrumentũ attingat ad effectum pncipalis agẽtis. Et arguebat̃ q̧ ſic: q̃ inſtrumẽtum habȝ actionẽ vt res eſt: et vt iſtrumentum eſt. Et habere actionẽ vt iſtrumentũ nihil aliud eſt q̃ȝ attingere ad effectum principalis agentis. ergo ⁊c̃.

In cõtrariũ eſt: q̃ calor eſt inſtrumẽtum forme ſbãlis ignis: ⁊ non attingit ad effectum eius: ideſt ad introductionẽ forme ſubſtantialis. ergo ⁊c̃.

Reſpõdeo dõȝ: q̧ hic eſt neceſſaria duplex diſtinctio. Diſtinguendũ eſt eni de agente: et de attingere. Naȝ agẽs naturale ſi ita agit mediãte iſtrumẽto: q̧ nullo modo agit imediate. Et tunc ad omnẽ effectum talis agentis oportet attingere iſtrumẽtum: q̃ ſi nihil agit niſi mediãte iſtrumento: oportet q̧ oĩs effectus agẽtis: ſit etiam effectus iſtrumẽti: lȝ non ſub eadẽ rõne: vt q̃ ignis nõ hȝ virtutẽ actiuã niſi caloreȝ. opȝ q̧ oĩs effectus ignis ſit etiã effectus caloris. Forma. n. ſubſtãtialis ignis nõ eſt imediatuȝ pncipiuȝ alicui' actiõis. Jḋ Cõmen. ſup 7° metaphy. dicit q̧ elemẽta nõ agunt: (Cõmento. 31.) nec patiunt̃ niſi per q̃litates: nõ per formas ſubſtãtiales. Et ſubdit q̧ vniuerſal'r apparet: q̧ potentie agẽtes nõ ſunt niſi q̃ttuor q̃litates: nõ forme ſubſtãtiales. Sed ſi agens cum hoc q̧ agit mediãte iſtrumento agit imediate abſq̧ iſtrumento nõ eſt incõueniẽs tale agens aliquẽ effectuȝ facere in paſſum ad quem non attingit iſtrumentum.

¶ Uiſo quomõ agẽs põt habere effectuȝ ad quẽ attingit iſtrumẽtuȝ: ⁊ quõ ad quẽ non attigit. Reſtat diſtiguere de ipſo attigere: vl' nõ attigere ſȝ q̧ ꝯpetit iſtrumẽto. Propter qḋ ſciẽduȝ q̧ iſtrm̃ reſpectu effect' põt hẽre ſe qnq̧ modis. Nã aliqñ iſtrm̃ attigit effectuȝ p eſſentiã: ⁊ ſȝ ſe. Aliqñ p eſſentiã: ⁊ non ſm ſe. Aliqñ nec p eſſentiã: nec ſm ſe: ſȝ ſm quãdaȝ q̃ſi neceſſariã diſpõneȝ: Aliqñ nec per eſſentiã: nec ſm ſe: nec ſecundum diſpõnem neceſſariam: ſed for

te ſm quandã diſpoſitionẽ congruam. Põt eſſe ẽt q̃nto modo q̄ nullo hoꝝ modoꝝ attingat: ſed quodammodo ſit ĩpertinẽs ad effectuꝫ. Utputa ſiquis adultus baptizaret̃ non fictus. tres effectus eſſent ibi ſe habẽtes per ordinẽ. Nam p̃mo corpus ei⁹ lauaret̃. 2ᵒ in aĩa eius induceret̃ aliqua ſp̃ualis pulchritudo. 3ᵒ infunderet̃ ibi grã. Ponamus auteꝫ quartũ effectũ quẽ deus poſſet facere. puta q̄ de⁹ reuelaret ſibi aliq̃ ſecreta. Ponamus etiã effectuꝫ quintũ qui eſſet oĩno imp̃tinẽs: vtputa q̄ deus tũc ei cõferret fortitudinẽ corporalem. Hoc aũt poſito p̃mũ effectũ qui eſt lotio corporis faceret aq̃ baptiſmi per eſſentiam: ⁊ ſm ſe. nam hunc effectuꝫ q̄ eſt lotio corporis: ſiue lauare corpus facit aqua: vt aqua ⁊ ſm ſe. Ad ſcõm autem effectum qui eſt cauſare pulchritudinem aliquam ſpiritualeꝫ in aĩa attingeret aqua baptiſmi per eẽntiam: ſꝫ non ſm ſe ipſam. Eſſentiam enim talis pulchritudinis inducit aqua baptiſmi: ſed hoc non eſt ſm ſe ⁊ vt eſt aq̃: ſed vt eſt organũ diuine miſericordie. Quid ſit autem illa ſpiritualis pulchritudo vtruꝫ ſit caracter vt quidam dicunt. vel caracter per creationeꝫ cauſetur in aĩa. ⁊ aliqua alia pulchritudo efficiatur in anĩa: ad quã ſequatur: non eſt preſentis ſpeculationis. ſufficiat aũt ad preſens ſcire q̄ aliquis effect⁹ ſit in baptiſmo: ad cuius eſſentiã attingit aqua baptiſmi non vt aqua eſt: ſed vt eſt inſtrumentũ dei. Ad tertium autẽ effectum qui eſt gratia non attingit ſacramẽtũ ſiue aqua baptiſmi: nec per eſſentiã: nec ſm ſe: ſꝫ ſolum ſm quandam quaſi neceſſariaꝫ diſpoſitionẽ. ſm ſe enim non poteſt in hoc aqua baptiſmi: q̄ꝛ nullũ corporale habet ſm ſe talem actionem in anĩa. Nec ſm eſſentiã talis effectus cauſat̃ per aquam baptiſmi: q̄ꝛ eſſentialiter in gratiã nullam agens cauſatuꝫ poteſt. nec vt agens: nec vt inſtrumẽtum: cuꝫ eſſe gratie imediate cauſet̃ a deo. Sed lꝫ aqua baptiſmi non poſſit in effectũ gratie: nec ſm ſe: nec per eſſentiã. põt tñ in huius effectuꝫ ſm quandã quaſi neceſſariam diſpoſitionem. naꝫ ad id q̄d cauſat aqua baptiſmi in aĩa: neceſſario ſequitur ſtatim infuſio gratie: niſi homo ſibi obiceꝫ ponat. In gratiam ergo poteſt aqua baptiſmi non per eſſentiam: vt q̄ attingat ad eſſentiaꝫ talis effectus: ſed ſm quandã quaſi neceſſariã diſpoſitionẽ. Rurſus in hunc effectum etiam diſpoſitiue non poteſt aqua vt eſt aqua: ſed vt eſt dei organum. Ad quartũ aũt effectum: qui eſt reuelatio ſecretoꝝ nõ attingit aqua baptiſmi: nec per eſſentiã: nec ſm ſe: nec ſm diſpoſitionẽ quaſi neceſſariam: ſed forte attingit ſm diſpoſitionẽ congruam: q̄ꝛ congruum eſt q̄ deus ſuis amicis: ⁊ habentibus ſuam gratiã ſua reuelet ſecreta. Ad quintuꝫ effectum. ſi ſit oĩno impertinens nullo mõ attingeret aqua baptiſmi. pateꝫ ergo quomõ inſtrumẽtũ attingit ad effectũ p̃ncipalis agentis: ⁊ quõ nõ attingit. ⁊ pꝫ etiã ad cui⁹ agentis effectũ ſemꝑ attingit. ⁊ ad cuius nõ attingit.

Ad id aũt q̄d obyciebatur p̃mo ſolui põt. nam cum dicit̃ q̄ non ageret vt inſtrumẽtũ: ſi non attingeret ad effectuꝫ p̃ncipalis agentis. patet verum eſſe de effectu quẽ agens agit per inſtrumentum non aũt oportet verũ eſſe de effectu queꝫ agit per ſe: ⁊ immediate. ¶ Q̄d autẽ dicebatur in contrarium de forma ſubſtantiali ignis: dici debet q̄ calor ad eſſentiam vtriuſq̄ꝫ effectus attingit taꝫ forme ſubſtantialis q̄̃ accidentalis: aliter tamen ⁊ aliter quia ad inducendũ calorem ⁊ formam accidentalem attingit calor: vt calor eſt: ſed ad inducendum formam ſubſtantialem ignis attingit calor in virtute talis forme ſubſtãtialis: ⁊ vt organuꝫ eius eſt.

Laurentius.

Ex quattuor cauſis ſcitis ac enũeratis ab Ari. ſe p̃mo: Themiſti⁹ duas p̃prie cauſas dicere voluit. ſ. efficiẽtẽ ⁊ finalẽ: reliq̃s potius cõcauſas appellauit. ſ. mãm ⁊ formã: ſed platonici ipſi cauſis addidere exemplarẽ: concauſis vero inſtrumentariam: de qua intendimus perſcrutari vt hic intelligantur medullitus dicta doctoris: ⁊ veritas in hoc ſciatur. Sunt igitur apud me inſtrumẽta aut q̄ actio ab agente effectui p̃mittuntur ante aliã eius intentã formã: aut que nõ agunt aut mouent niſi mota omnino. Sed attende viterius q̄ taliũ q̄dã ſunt abſolute inſtrumẽta ⁊ iſta penitus nõ mouent niſi aliunde: ⁊ motio eoꝝ eſt a motione tñ agentis p̃ncipalis: cui⁹ gr̃ia ſunt artificiata fere omnia. i. ea q̄bus vtit̃ artifex: vt ſerra gladius: malleus. Aliqua ꝟo etiã ſm ſe aliquaꝫ poſſunt habere actionẽ vt calor: põt. n. agere motũ ⁊ ex ſe etiã aliq̃ mõ actione reali ⁊ ſp̃ali in ſenſũ: que ſunt inſtra tñ nõ habẽt actionẽ diſtinctam ab actione agentis: ⁊ imaginor q̄ ex p̃ncipali agẽte ⁊ inſtrumẽto fiat vnũ totale agẽs. alias nullũ erit vnq̄̃ vn⁹ effectus: hec vero actio vt ꝯparat̃ agenti p̃mo: põt dici cauſatio: vt vero comparat̃ tali inſtrumẽto põt dici cõcauſatio: ⁊ vide ad hoc ꝯmẽtũ. xx. ⁊. xxj. iij. phy. ꝓba etiã ex hoc q̄ꝛ inſtrumentũ ex ſe eẽt in potentia tñ ad actionẽ: agens ꝟo p̃ncipale nõ ſufficeret ſine eo. ergo opꝫ ex ambobus vnicã conſurgere actionẽ: maxime ſi vnitas mot⁹ ẽt variat̃ a diuerſitate motorũ: vt videt̃ Auer. velle. viij. phyſ. ꝯ. xlix. ⁊. lxxxij. ⁊. lxxxiij. expſſe. Si dicas. intellr̃ de pluralitate agẽtiũ eiuſdẽ ordinis dico q̄ qualiacunq̄ꝫ ſint agẽtia ſaltẽ ſunt plura ⁊ ſufficit ꝓpoſito. ex hoc collige quid ſit fieri vnã in op̃atiõe tñ intelligẽtie cum orbe: q̄d Auer. dicit ſepe. q̄ꝛ earũ actio eſt vna ad vnum effectum: ⁊ verifica etiã quomõ aliquid in virtute alicuius aliquid operat̃ q̄d ex ſe non poſſet. Adde iꝰs q̄ videt̃ ſatis ꝓprie dicuꝫ inſtrumentũ attingere effectum principalis agẽtis: ſed ſic intelligit̃ q̄ aliquis effectus ꝓuenit ob aliquid exiſtens in inſtrumẽto aut ꝯſequens quomodocunq̄ꝫ effectuatum ip̃i⁹: vt in caſu doctoris ablutio reſpcũ aque mote a deo. Itẽ adiunge q̄ non eſt ſecura locutio q̄ inſtrumentũ attingat ad effectum qui mere cõtingenter conſequit̃ formam eius: vt de illa pulchritudine ꝯſequẽte illam lotionem in baptiſmate ex diſpõne diuina: lꝫ hoc admittatur ab eo. Cõſidera etiã q̄ inſtrumentũ ſemper eſt determinans aliqualr̃ ip̃ꝫ agens p̃mũ. vnde duo reperies in quocũq̄ꝫ effectu: quia ipſe effectus ⁊ eſt ſimpliciter: ⁊ eſt hic ⁊ talis: ⁊ non alius: ſm primam rationeꝫ eſt ab agente principali. ſcõꝫ ſecundam ab inſtrumẽto. Iſto modo puto locutum auctorẽ in cauſarũ: quãꝫ dixit cauſaꝫ primam plus in effectum influere q̄̃ ſcõam. Sed non te lateat pro complemẽto q̄ potes extẽdere nomẽ inſtrumẽti ad cauſam ſcõam etiã: lꝫ non ſit proprie inſtrumẽtuꝫ: q̄ꝛ ip̃m ⁊ principale agens vtplurimũ differunt non ſolum ſpecie ſꝫ etiã genere: vt ignis ⁊ calor: intelligẽtia ⁊ celũ: celũ ⁊ hõ. Reliq̃ ꝑ te hic ꝯſiderabis: q̄ꝛ multa poſſunt ſequi.

Queſito de ente in generali: querebatur de ente in ſp̃ali. Circa q̄d querebat̃ tripl̃r. Quia quedã querebantur de deo. Quedam de hoĩe. quedam de aĩa. Deus aũt ⁊ nobis ſcripturã ſanctam inſpirat: ⁊ nos predeſtinat: ⁊ vniuerſaliter res creat. In ipſa etiam creatione rerum eſt attendendum ⁊ quo ordine deus creat: ⁊ quo ordine res creantur. Igitur circa deum ⁊ circa ens increatum querebatur quadrupliciter. Primo prout ſcripturam ſanctam inſpirat: ⁊ q̄̃tum ad hoc erat queſtio. Utrum deus ſm ſe abſolute: vel ſub ſp̃ali rõne eẽt in ſacra pagina ſubiectũ. Prout autẽ nos predeſtinat erat queſtio de ipſo predeſtinato vtrũ poſſet ſe perpetuare in vita. De ordine auteꝫ quo res creat: erat queſtio quid ſm noſtrũ modũ intelligẽdi precedat in creatione rerũ: an intellectus dei: an velle eius. Quarto aũt q̄̃tum ad ordinẽ quo res creant̃: erat queſtio vtrum poſſet creari ſpecies media inter duas ſpecies immediatas.

AD primum aũt ſic ꝓcedebaẽ. Arguebaẽ.n.ꝙ dꝫ ſub ſpāli rōne nō eēt ſubm̃ in ſacra pagina:q2 ſi aliq̃ eēt talis ſpālis ratio potiſſime eēt put ē glificator nr̃. Sꝫ h nō poſſet aſſignari tanq̃ ſpālis rō vel ↄditio:q2 tūc h ſcia nō differret a ſcia btōꝝ:cū ſub hac rōne bei ↄtēplētur dn̄ꝫ. ℂ P.ſi de⁹ in eo ꝙ glificator:ꝛ ſub rōe boni eēt ſubm̃ in ſacra pagina:cū de⁹ ſub rōe entis cōſideretur in metaphyſica:erit metaphyſica ꝑor q̃ h ſcia:qd ē incōueniēs.

In contrariū ē:q2 de⁹ ſꝫ ſe ē ſubꝫ in ſcia ſua.oꝫ ĝ ꝙ ſub alia rōe ſit ſubꝫ i ſcia nr̃a.nō ĝ ſꝫ ſe ꝛ ablr̃ ē ſubꝫ i ſcia nr̃a.ſꝫ opꝫ h eē ſub aliq̃ ſpāli rōe.

Reſpondeo dōꝫ:ꝙ i hac qōe ſic ꝓcedem⁹.q2 ꝑ tāgem⁹ rōes illas q̃s aliq faciūt ad ꝓbandū deū nō eē in theologia ſub ſpāli rōe ſubꝫ.2° adducem⁹ rōes ꝓbātes ꝙ oꝫ ſic eē.3° ſoluemus rōes i ↄriū fcās. ℂ Pōt.n.tripl'r oñdi deū ſub ſpāli rōne nō eē ſubm̃. Pria rō ſumiẽ put h ſcia ↄparaẽ ad ſuū finē. Scđa vō put ↄparaẽ ad diuinam ſciaꝫ a q̃ deriuata ē. Tertia put ↄparaẽ ad ipſas cōditiōes ſpāles ſub qb⁹ de⁹ dr̃ eē ſubꝫ. ℂ Pria rō ſic pꝫ. Nō idē eſt ſubꝫ in ſcia ꝛ finis:vt ſi corp⁹ mobile eſt ſubꝫ in nāli phia finis ei⁹ erit cognitio talis corporis.vnū ĝ ꝛ idē alr̃ tn̄ ꝛ alr̃ cōſideratuꝫ eſt in ſcia ſubm̃ ꝛ finis. Illō.n.qđ iperfecte cognitū eſt in ſcia ſubꝫ:ꝑfecte poſtea cognitū eſt finis:ſꝫ ſpālis cognitio ē ꝑfectior q̃ gnālis. Si ĝ de⁹ ſub ſpāli rōne eēt h ſubm̃.tūc ſubm̃ in hac ſcia nō differret a fine. Dicemus ĝ ꝙ de⁹ nō ſub ſpāli rōe:ꝛ nō ꝑfecte cognit⁹ ſed abſolute ꝛ iperfecte notus eſt in hac ſcia ſubm̃. ℂ Scđa via ſumiẽ put h ſcia cōpaẽ ad diuiā ſciaꝫ. Uideẽ ēt hec ſcia eē q̃dā ymago ꝛ q̃dā ſilitudo diuine ſapie. Iuxta illō apl'i ad Coꝝ.3. Nos reuelata facie gl'iaꝫ dn̄i ſpeculātes:in eādē ymaginē trāſformamur:ſꝫ in ſcia dei de⁹ ipſe ſꝫ ſe eſt obm̃.ĝ ſic erit in ſcia nr̃a q̃ eſt ymago illi⁹ ſcie. ℂ Tertio h idē ꝓbāt cōditiōes ille ſpāles ſub qb⁹ de⁹ dr̃ eē ſubm̃.ponunẽ aũt he cōditiōes put eſt reſtaurator ꝛ glificator:ſꝫ dato ꝙ nunq̃ hō peccaſſet nihilomin⁹ fuiſſet ſacra pagina:nō tn̄ hō fuiſſꝫ reſtaurat⁹. Rurſus he due cōditiōes ꝛ ſi ꝑncipaliori mō cōſideranẽ i hac ſcia:nō tn̄ ꝑꝑ h vt vr̃ de⁹ ſub iſtis cōditionib⁹ dꝫ dici ſubm̃ in ſcia iſta. Nā metaphyca ꝑncipaliori mō cōſiderat de ſuba q̃ de alijs entib⁹.nō tn̄ ꝑꝑ h ſba eſt ſubm̃ i metaphyca:ſꝫ ens abſolute ꝛ gnāl'r ſumptū.ſic ꝛ in ꝓpoſito:ꝛ ſi he cōditiōes ſint magi ꝑncipales:nō tn̄ ꝑꝑ h de⁹ ſub his cōditiōib⁹ erit i ſacra pagina ſubm̃:ſꝫ abſolr̃ ꝛ ſꝫ ſe cōſiderat⁹. ℂ Habitl rōnib⁹ ꝑ q̃s vr̃ ꝓbari ꝙ theologia nō hēat deū pro ſubō ſub ſpāli rōne an̄q̃ has rōnes ſoluamus volumus oñdere ꝙ oporteat dare ſpālē rōnē ſub q̃ de⁹ ſit ſubm̃. ℂ Propter qđ ſciēduꝫ ꝙ noīe dei intell'r qđdā pelagus ſube ifinitū:vt inuit Damaſ.ꝑ li°.ca.12.de h ĝ itēdimus dicere ꝙ deus in eo ꝙ de⁹ ſiue deus ſub abſoluta rōne nō poſſit eſſe ſubm̃ in ſacra pagina:q2 pelagus ifinitū ſub rōne qua pelagus infinitū nō pōt eē ſubm̃ in hac ſcia:qđ triplici via declarari pōt. Prima via ſumiẽ put hec ſcia cōparaẽ ad ſuū obm̃.ſiue ad ſuū ſubm̃ a quo trahit ſpēm:ꝛ de quo ꝑncipal'r conſiderat. Scđa put cōparaẽ ad ea q̃ conſideranẽ in hac ſcia. Tertia vō ſumiẽ put ordinaẽ ad ſuū finē. a ℂ Pria via ſic pꝫ.nā ſi de⁹ qui dr̃ pelagus ifinitū in eo ꝙ de⁹:ꝛ ēt in eo ꝙ pelagus ifinitū eēt ſubm̃ in hac ſcia.tunc iſta ſcia eſſet ifinita:ꝛ tenderet in deū mō ifinito.nā ab infinito in eo ꝙ ifinitū nō pōt ſcia trahere ſpēm:niſi ſit ſcia infinita.Dicere aũt hāc ſciam eē ifinitā:vel cōſiderare de infinito ſub rōne qua infinitū ꝛ tendere in deuꝫ mō infinito:eſt oīno abſurdū cū ipſa ſcia beatoꝝ que eſt longe altior q̃ iſta cōſideret de deo mō finito. b ℂ Scđa via ad h idē ſumiẽ ex his q̃ ↄſideranẽ in ipſa ſcia.nam ſi hec ſcia hēret pro ſubiecto deuꝫ.i.pelagus infinitū per ſe cuꝫ in hō pelago oīa relucеant:poſſet ſcia de oībus cōſiderare:ſic ergo nephas eēt dicere ꝙ aliqd poſſet ſciri in reb⁹ humanis cuiuſcūq; cōditionis ſit illud.vel in qbuſcūq; alijs reb⁹ cuiuſcūq; cōditiōis ſit illud qđ nō ꝑtineat ad ſciam dei:eo ꝙ hō ſcia hꝫ pro obiecto deuꝫ ſm ꝙ hō que eſt pelagus ifinitū.ſic nullatenus eēt dōm:ꝙ aliqd poſſet ſciri in reb⁹ humanis:vel in qbuſcūq; alijs reb⁹ qđ nō eēt attribuendū huic ſcie. Poſſet ĝ hec ſcia de oībus cōſiderare cuiuſcūq; cōditionis eēnt illa:ſiue eēnt curioſa:ſiue alia:qđ eſt ↄtra Aug.14.de trini.c.ꝑ.dicentē ꝙ nō vtiq; qcqd ſciri ab hoīe pōt in reb⁹ humanis:vbi plurimū vanitatis noxie curioſitatis eſt huic ſcie tribui debꝫ. ſi eni hec ſcia ſic tenderet in deuꝫ ſub rōne qua de⁹ de oīb⁹ que ſciri poſſent nō ſolū ab hoīe:ſꝫ a quocūq; alio cōſiderare poſſet cuiuſcūq; cōditionis eēnt illa. c ℂ Tertia via ſumiẽ ex ꝑte h⁹ ſcie:vt referẽ ad ſuū finē.eſt.n.hec ſcia q̃ſi organū ad felicitatē:ꝛ ad hūc finē data eſt homini ꝑꝑ btitudinē adipiſcēdā:vt ſatis inuit Aug.eodē lib°.14.ꝛ eodē ca.ꝑ.vbi fidē ꝛ hāc ſciam vult ꝑꝑ adipiſcendā btitudinē eē datā;ꝛ q2 hec ſcia eſt organuꝫ ad btitudinē:ſiue ad felicitatē.qcqd cōſideret de deo:ꝛ cōſiderat ſub hac rōne:ꝛ ſub hac cōditione vt eſt glificator:ꝛ btificator noſter. Pꝫ ĝ ꝙ theologia cōſiderat de deo ſub ſpāli rōne:ꝛ ſub hac ſpāli vt eſt btificator nr̃. Quid aũt dōm ſit de cōditione alia.put eſt noſter reſtaurator in ꝓſequēdo patebit:ſꝫ ſi conceditẽ ꝙ de⁹ ſub ſpāli rōne ſit ſubm̃ in ſacra pagina.dubitaẽ tn̄ ꝙ illa ſpālis rō ſit in eo ꝙ btificator nr̃:hui⁹ v'itatis ſatis fidē faciūt v'ba Auguſtini q vana ꝛ noxia:vt pꝫ ex habita duc̃te huic ſcie nō attribuit. Q2 ĝ vanū ē qđ caret fine. Noxiū āt idē ē quod deuiū a fine.videẽ ꝙ ꝓ tanto aliq̃ nō ſint attribuēda huic ſcie:q2 deuiat a beatitudie:ꝛ a fine:qđ nō eēt niſi qcqd cōſidereẽ in hac ſcia ſm ꝙ hui⁹ eēt ordinatū ad beatitudinē:ꝛ ad vltimū finē.hoc idē ſatis inuit Aug. eodē li°.ꝛ cap°.dicēs.ꝙ illō tm̄mō huic ſcie attribuitur quo fides ſaluberrima:que ad beatitudinē ducit gigniẽ:nutritur:defendiẽ:ac roboraẽ.qđ nō eēt niſi quicqd in hac ſcia conſideraẽ per comparationē ad beatitudinē conſiderandū eſſet. ℂ Aduertēdū tn̄ vt meli⁹ pateat v'itas qōnis queſite.Q2 in q̃libet ſcia tria cōſideranda ſunt. Uidelicꝫ res quā pncipal'r cōſiderat. Rōnē ſub qua cōſiderat. Et lumē per qđ cōſiderat. Ut in ſcia nāli res ꝑncipal'r conſiderata eſt corpus mobile. Rō ſub qua cōſideraẽ ē in eo ꝙ mobile. Lumē per qđ cōſideraẽ eſt lumen rōnis nobis nāliter inditū:per qđ lumē fit ↄſideratio i oīb⁹ ſciētijs humanit⁹ iuētis. Sic ꝛ in hac ſcia res ꝑncipal'r ↄſiderata ē ipſe de⁹. Rō ſub q̃ ↄſideratur ē ipſe btificator nr̃. Lumē ꝑ qđ ↄſideraẽ ē lumē fidei nobis diuinit⁹ ſupinfuſuꝫ.ſꝫ hec tria cōparatur ad tria hec.ſ.ſcia.vꝫ.ad ſcias humanitus inuentas. Ad ipſam ſciam dei qua de⁹ pollet. Et ad ſciaꝫ

a Sic̃ꝫ tenēt h⁹ ſcias ꝙ rōnes ēt ſoluē poſſꝫ:ꝛ ad hāc ↄcedēt obūne fore iſtā ſciaꝫ ifinitā fo'aľr tn̄ ꝛ i ſe ſꝑ remaneẽ finitā i itell'u finito:mō finito tendēte in eū. Et ad hoc forte ſbieẽ recurreret q n̄ abſimul ēvid tenuerꝫ ꝛ ↄ ipſꝫ ſi Occhā ꝛ Ioānes baccō ſꝫ ꝓ certo mihi ē enā qđ dicūt illi qn̄ hn̄ itell'r ſcor⁹ ſꝫ n̄ ē ocuā ad toꝫ

b Ad ſcđaꝫ viā h dico ꝙ ifinitas n̄ abſolute ꝛ ſimplicẽ pōiẽ rō formalis ab iſtis ſꝫ vt innoteſcit nob vł ex nālib⁹ vł ex reuelatōe:ꝛ vtro q; mō:hoc ē oculū mulẽ q ↄſumāt vitaꝫ ſuā in theologia ꝛ i vno tn̄ doctore.

c Quid āt incōuenit ꝙ ↄſiderāẽ deū ſb rōne ifinitaẽ cogſcat ipm ex ↄſra centrū eo n⁹ felicitatē ſcđo haſm: glificatōi l'mo gl'iaꝫ ipſaꝫ ꝛ felicitatē ꝛ adhuc aliaꝫ ꝛ iō rōe iſtiꝰ no magi ifinitas ſe eē rō fo'aľ q̃ glificatio:q2 ad pl'a ēt ſe extēdit ꝛ hꝫ alias ↄditiones ꝑ ſbō i theologia nr̃a. potes tn̄ tenē doctorēs ſꝫ igenua excitami⁹ ꝛ ꝓbabilia uſi ꝓmittimus.

Igẽ in moralib⁹ vbi ē felicitas apō Ar.ſalē ciuilis vite:ſbꝫ poni deberet v'⁹ vt btificātō:qđ vł ſaluꝫ ſm cuſtranū ꝑ eth.q̃ hoīeꝫ ponit q̃ ad aiaꝫ cui v'⁹ abſolute acq̃rit: imo talis rō fo'alis debēt eē in q̃cunq; ſcia q2 oīs ſcia ē ꝑꝑ felicitatē.iij.h aia. ↄ.xxxvj. ꝛ in de btitudie aie.ꝛ.x. eth.ꝓ alid igitur rōeꝫ fo'alē theologia hꝫ ab alijs diſtingui q̃ ꝑ btitudinē:qd igẽ illō ē:ſcia q ꝑō alios aliō. ſꝫ igẽ vana eēt theologia niſi ꝑ ipaꝫ cōſeq̃ poſſem⁹ btitudinem nō tamē ꝑꝑ h⁹ illō qđ dic̃ oꝫ ponit rō fo'aľ. loquoꝝ aūt vt dūt diſputantur.

beatoꝝ. A ſciētijs aūt humanitus inuentis differt
hec ſcia in oīb⁹ his trib⁹: a ſcia dīna in duob⁹: a ſcia
beatoꝝ in vno. Nulla.n.ſcia humana hʒ deuʒ pro
ſubo. nulla.n.ſcia humana eſt: loquēdo de ſcia ppē:
que nō ſit de ſenſibilib⁹: vel de his que ſunt in ſen-
ſibilib⁹: vel q̄ hūt ſenſibilia prē ſubti ſui. g̊ in re pn
cipalr ꝯſiderata differt hec ſcia ab oīb⁹ ſciētijs hu-
manitus inuētis: qꝛ nulla talis ſcia eſt de deo tāꝗ̄
de ſubo. Rurſus differt ſcdo in ratione ſub qua cō-
ſiderat: qꝛ ſcie phoꝝ nō qcqd ꝯſiderāt: ꝯſiderant ꝑ
relationē ad eternā btitudinē: imo illaʒ beatitudi-
nē ignorauerūt phi. 3°. differt hec ſcia a ſciētijs hūa
nis q̄tum ad lumē cui innitit̄: ⁊ per qḋ ꝯſiderat: qꝛ
ſcie humane innitunt̄ lumini rōnis. hec aūt innititur
lumini fidei: ſiue lumini dīno. ſic g̊ q̄ꝫ ad hec tria
differt hec ſcia a ſciētijs humanis. ¶ Hec aūt ſcia
a ſcia q̄ pollet de⁹ differt in duob⁹. vʒ. in rōne ꝯſide
rādi: ⁊ in lumine per qḋ ꝯſiderat: ſʒ nō differt in 3°.
vʒ. in re ꝯſiderata. de illo.n. eodē vt de ipſo deo: ſi-
ue de ipſo pelago īfinito de quo eſt ſcia dei eſt etiā
⁊ hec: ſʒ nō ſub eadē rōne: qꝛ de⁹ ꝯſiderat ſeipm qui
eſt pelagus īfinitū abſolute: ⁊ ſm ſe: ⁊ vt eſt pelag⁹
īfinitū: ⁊ in hac ꝯſideratiōe clare ⁊ lucide cōprehē-
dunt̄ oēs ꝯſiderationes: vt omnia nuda ⁊ apta ſint
oculis eius. Sed hec ſcia nō cōſiderat de iſto pela-
go ſub rōne qua pelagus īfinitum: ſʒ ſub ſpāli rōne
vt beatificator noſter. Differt etiā q̄tum ad lumē
per qḋ ꝯſiderat: qꝛ deus ꝯſiderat ſeipm per lumen
qḋ eſt ipſe: qḋ eſt lumē increatū. Sʒ hec ſcia innitit̄
lumini deriuato ab ipſo: qḋ eſt lumē creatuʒ. Sed
ſi cōparet̄ hec ſcia ad ſciam btōꝝ videt̄ differre in
lumine. Nā ipſi vident ſub lumine claro. Nos aūt
ſub lumine enigmatico. de illo g̊ eodeʒ: vt de deo: ⁊
ſub eadē rōne: vt in eo ꝙ btificator de quo conſide
rāt beati cōſideram⁹ ⁊ nos: ſʒ ſub alio lumine. Que
.n. ipſi vidēt facie ad faciē rōne luminis clari: nos
videmus per ſpeculū in enigmate. rōe lumīs enig-
matici: vt ſatis innuit apl̄s p̄ᵃ ad Coꝝ. 14. cū g̊ erim⁹
ps. 47. in p̄ria dicemus illud pſal. Sicut audiuimus ſic vidi
mus. Qḋ.n. nūc per auditū: ⁊ per fidē nouimus: tūc
per viſuʒ: ⁊ per ſpēm ꝯtēplabimur. q̄tū g̊ ad rē ꝯſi-
deratā: ⁊ modū ꝯſiderādi: nō videt̄ canō biblie po
nere dr̄iam iter ſciam viatoꝝ ⁊ btōꝝ: ſʒ q̄tuʒ ad lu
mē vt q̄tum ad cognitionē clarā ⁊ obſcurā: nec eſt
dr̄ia parua: qꝛ hoc eſt quodāmodo plus differre: q̄ꝫ
differāt quecūꝗ̄ ſcie humane: cuʒ oēs humane ſcie
(innitant̄ eidē lumini.

His omnibus prelibatis volumus ſolue
re rōnes in contrarium factas: tam ad eas in qōne
poſitas: q̄ꝫ ad alias in argumētis adductas. Nā cū
dr̄ ꝙ illud qḋ eſt ſubm̄ in ſcia impfecte cognitū: eſt
finis ſcie cognitū pfecte: ꝯcedit̄. Cū poſtea ſubdit̄
ꝙ ꝯſiderare deū ſub ſpāli rōne eſt cognoſcere ipm
pfecte. ꝓp hoc qdeʒ iſtud ptinet magis vt eſt finis:
q̄ꝫ vt eſt ſubm. Dici debʒ vt alibi plēs diximus ꝙ
nō eundē modū hūt forme ſepate: ⁊ in mā recepte:
qꝛ vt recipiunt̄ in mā q̄to vniuerſaliores ſunt tan
to mālīores ⁊ impfectiores: ſeparate aūt ecōuerſo.
Ut ſi eēnt qditates ſepate: vt poſuit plato eē: qḋ eſt
vniuerſali⁹ q̄ꝫ viuere eēt multo pfecti⁹ q̄ꝫ ipſʒ viue
re. Et qꝛ pfectiōes ille q̄s poſuit plato ſeparatas: nos
ponimus vnitas: iō q̄to magis ſm ſe ⁊ abſolute co
gnoſcit̄ de⁹: tanto pfectiori mō cogſcit̄. Uñ ⁊ vt ſe-
pararemus hāc ſciam a ſcia dei. ⁊ vt oſtēderemus
iſtā iperfectiorē illa. dicimus ꝙ de⁹ ꝯſiderat ſe ab-
ſolute: ⁊ ſm ſe. nos aūt in hac ſcia ꝯſideramus ipm
ſub ſpāli rōne. ¶ Uel poſſum⁹ dicere ꝙ ꝯſiderare
aliqd ſub ſpāli rōne pōt eē pfecte ⁊ impfecte. deus
igit̄ ſub ſpāli rōne ꝯſideratus: ⁊ ſub illa ſpāli rōne
iperfecte cognit⁹ eſt ſubʒ in hac ſcia: ſʒ ſub ſpāli rōe
cognit⁹ pfecte put pfecte pōt cognoſci in via eſt fi-
nis hui⁹ ſcie. ¶ Qḋ vō addebat̄ ſcdo ꝙ hec ſcia eſt
q̄dā deriuatio: ⁊ q̄dā pticipatio dīne ſcie. ⁊ ꝙ ē ſili-
tudo ⁊ ymago ei⁹. Dici dʒ ꝙ p tāto hec ſcia ē ſilitu-
do ⁊ ymago ſcie dīne: put eſt pticipatio ei⁹. Parti-
cipare aūt idē eſt: ꝙ partē capere. non g̊ in illo pela
go: ⁊ in illa totalitate ꝯſiderat hec ſcia de deo ſʒ ꝙ
cōſiderat ſcia dei. iō qꝛ ſcia dei hʒ deuʒ pro obto in
illa totalitate ⁊ in illo pelago. Hec aūt aliqd parti-
cipat de hoc: ⁊ hʒ deū pro ſubo ſub ſpāli rōe. ¶ Qḋ
aūt dicebat̄ 3°. de reſtauratiōe: Dici debʒ ꝙ ibi re-
ſtauratio debʒ ſumi large pro q̄libʒ ſuppletiōe de-
fectus. Si eni hō nunꝗ̄ peccaſſet: nihil min⁹ tñ ex
puris nālib⁹ nō potuiſſet cōſequi btitudineʒ. ſcia g̊
tūc tradita eēt de deo glificatore ⁊ ſuppletore ſiue
reſtauratore. quelibʒ eni reſtauratio eſt defectuuʒ
ſuppletio. ¶ Qḋ aūt addebat̄ de ambab⁹ cōditio-
nib⁹: ꝙ nō debēt poni ꝯditiones ſubiecti: ſʒ ſint pn
cipales: qꝛ ⁊ metaphyſica pncipalr ꝯſiderat de dō:
tñ de⁹ nō eſt ibi ſubm̄ nec cōditio ſubiecti. Dici dʒ
ꝙ he cōditiones nō ſunt quocūꝗ̄ mō pncipales: ſʒ
ſunt ſic pncipales ꝙ ſub talib⁹ cōditionib⁹ cōſide-
rat̄ qcqd cōſiderat̄ in hac ſcia. Nō aūt ſic de⁹ cōſi-
derat̄ pncipalr in metaphyſica: qꝛ rō ſub qua iduci
tur qcqd cōſiderat̄ in metaphyſica nō ē de⁹. ſʒ ens.
ita ꝙ ens in eo ꝙ ens: eſt ibi ſubm̄. Et qꝛ h̄ ſcia cōſi
derat de deo. ⁊ qcqd cōſiderat de eo: cōſiderat ſm
has cōditiones: ſic qcqd cōſiderat metaphyſica de
ente ꝯſiderat ſub rōne entis. ꝓp qḋ ſic ibi ens in eo
ꝙ ens eſt ſubm̄: ita ⁊ de⁹ in eo ꝙ glificator ⁊ reſtau
rator erit h̄ ſubm̄. ¶ Aduertēdū tñ has duas cōdi
tiones ſic ſe hēre ꝙ vna ordinat̄ ad aliaʒ: qꝛ reſtau
ratio ordinat̄ ad glificationē. glorificatio g̊ eſt con
ditio pncipalis. reſtauratio aūt vel ſuppletio defe-
ctuum ponit̄ ad exprimēdū modū glorificationis.
Nā h̄ mō deus nos glorificat ⁊ ad btitudineʒ per-
ducit reſtaurādo nām: vel ſupplendo defectū nāe. Id ꝯuicit Johannes baccon ꝓlogo pmi ſatis apparenter.

Ad argumēta āt in ꝯtrū ē ſoluēdū. Naʒ
cū dicebat̄ ſi ſcia nr̄a eſſet
de deo tāꝗ̄ de glificatore: nō differret a ſcia btōꝝ.
p̄t dici ꝙ imo: qꝛ dr̄t in lumīe: qꝛ ſub alio lumīe vi-
dent bti ⁊ ſub alio viatores. ⁊ h̄ nō eſt modica dr̄ia:
vt añ dicebat̄. ¶ Uel poſſumus dr̄e ꝙ ſcia btōꝝ ⁊
viatoꝝ ꝯſiderat de eodē ſub eadē rōe: vt. ś. innueba
tur: qꝛ q̄libʒ cōſiderat de dō in eo ꝙ glificator. Uñ
idē ſub eadē rōe ē ꝯſideratū vtrobiꝗ̄: iſta tñ eadē
rō: ē eadē ⁊ nō eadē. Nā de dō vt glificatore alr ꝯſi
derat ſcia btōꝝ: ⁊ alr viatoꝝ. Nā ſcia btōꝝ cōſide-
rat de dō vt ē glificator in re. Uiatoꝝ āt cōſiderat
de dō vt ē glificator i ſpe. nō g̊ ſūt eadē ſcia h̄ ⁊ illa.
¶ Qḋ āt addebat̄ ꝙ ſi de⁹ i h̄ ꝙ glificator cōſide-
raret̄ i hac ſcia: cū i metaᶜᵃ ꝯſideret̄ in eo ꝙ ens. cū
ens ⁊ vnū pus ſit q̄ꝫ boᵐ. pos eēt metaᶜᵃ q̄ cōſiderat
de dō in eo ꝙ ens. q̄ꝫ iſta q̄ cōſiderat de dō in eo ꝙ
glificator ⁊ i eo ꝙ ē nr̄a btitudo ⁊ nr̄m bonū. Dici
dʒ ꝙ nulla ſcia hūanit⁹ inēta pōt cōſiderare de dō
nec in ſe nec ſm ſe: ſʒ ſolū vt cogſcit̄ p hec ſenſibilia
⁊ per creaturas. Si g̊ eēnt due ſcie ⁊ quelibʒ eēt de
deo ſolū: vt eſt cognit⁹ per creaturas. vna tñ illarū
eēt de deo in eo ꝙ ens. alia vō eēt de deo i eo ꝙ bo

nū: vel ſub aliq̄ ſpāli rōne. Nulli dubiū eēt ꝙ ſcia ꝯſiderās de deo in eo qđ ens: eēt alia ꝑor: eo ꝙ ens ⁊ eē eſt pmū ꝙ in aīa ꝯcipiť: vt vult Auicē. in metaphyſica ſua. Sꝫ hic alia rō reformat pactū. conſiderat enim hec ſcia de deo in eo ꝙ de⁹: ita ꝙ ipſe de⁹ eſt ſubm in hac ſcia: qđ de nulla ſcia hūana dici poteſt: ſꝫ ſcia ꝯſiderās de deo in ſe: ⁊ hñs ipꝫ deū oino pro ſubo ſub q̄cūqꝫ rōne ꝯſideret ipꝫ ſiue ſub ſpāli: ſiue gnāli: ſiue ſub q̄cūqꝫ rōne ꝯſideret ipm erit dignior ⁊ ꝑor q̄cūqꝫ alia ſcia: que ꝯſiderat deuꝫ ſoluꝫ vt eſt cognoſcibilis per creaturas: ⁊ que nō hꝫ deū pro ſubiecto. nā hoc mō metaphyſica eſt dignior ⁊ prior oīb⁹ aliys ſciētys: qꝛ eſt maxime dīna: ⁊ eſt q̄ſi dea ſciaꝝ. ⁊ qꝛ ſcia recipit ſpēm a ſubo: cū nulla ſcia humana poſſit eē de deo tanq̄ꝫ de ſubo: ⁊ iſta ſit de deo tāq̄ꝫ de ſubo: erit magis dīna q̄ꝫ aliq̄ alia hūana. ſub q̄cūqꝫ ḡ rōne ꝯſideret deuꝫ ſcia humana ex quo nō pōt hēre deū pro ſubo nō erit ita dīna ſicut iſta. ⁊ qꝛ hec eſt dīuinior iō ꝑor ⁊ dignior. ¶ Sꝫ dices ꝙ eſt dīuinior ⁊ dignior: nō tñ ē ꝑor: qꝛ ꝑus eſt ꝯſiderare deū ſub rōe qua ens: q̄ꝫ ſub rōne qua glorificator. ¶ Dicemus ḡ ꝙ cognitio dei in ſe ſub q̄cūqꝫ rōne hꝯ ſit. eſt ꝑor q̄ꝫ cognitio dei vt ſoluꝫ habeť per creaturas ſub quacūqꝫ rōne hoc fiat. Naꝫ ſic de⁹ eſt ꝑor creatura: ſic ſcia q̄ ꝯſiderat de deo in ſe: ⁊ hꝫ deuꝫ pro ſubo: ſub q̄cunqꝫ rōne ꝯſideret ipꝫ eſt multo ꝑor q̄ꝫ aliq̄ ſcia humana q̄ ꝯſiderat ipm ſolū ꝓut ductu rōnis per creaturas eſt cognoſcibilis. iſta ḡ eſt dignior ꝑfectior: ⁊ ſimplr prior q̄ꝫ aliq̄ alia ſcia humana. alie aūt ſcie humane pñt eē priores quo ad nos: qꝛ que ſunt ꝑora ſimplr: noſtro itellectui ſunt poſteriora. ¶ Uel poſſumus dicere ꝙ cū nō ſm eandē rōnē ꝯſidereť de⁹ in theologia ⁊ in aliys ſciētys. velle ex hoc arguere prioritatē ſciarū aliarū ad iſtā: eſt ꝓcedere in equoco. ¶ Poſſum⁹ ēt ⁊ alr ad formā argumēti rñdere per qđ declarabiť quodāmō tota qō queſita. Dicem⁹ .n. ꝙ hec cōditio addita ſubo. vꝫ. ꝙ de⁹ in eo ꝙ glorificator nr̄ vel in eo ꝙ finis noſtre glorificationis nō hoc fac̄ ꝙ de⁹ ſit ſubm ſolū ſub rōne boni. nō aūt ſub rōne entis vel ſub rōne veri: ſꝫ reſtringit qualr de⁹ ſub rōne entis vel ſub rōne veri ſit hic ſubꝫ. Nā diſpoſitio vniuſcuiuſqꝫ rei in entitate eſt ſua diſpoſitio in vitate: ⁊ ſicͭ res ſe hꝫ ad eē ſic ad cognoſci: vt declarari hꝫ 2° meta. Si ḡ de⁹ in illo pelago ſꝫ ꝙ de⁹: ⁊ ſm ꝙ eſt ifinitum pelagus entitatis eēt ſubm in ſcia beatoꝝ poſſet cognoſci a beatis oī mō quo cognoſcibilis eſt: qđ falſum ē. Nam xp̄s ſm ꝙ homo hꝫ ſupremū gradū btitudinis vltra quā nō pōt eē ꝓceſſus. ſi ḡ deus eēt ſubm in ſcia btōꝝ oī mō quo cognoſcibilis eſt tenens ſupremū gradū ſm illum modū cognitionis cōprehēderet deum ⁊ cognoſceret ipm oī modo quo cognoſcibilis eſt: qđ falſuꝫ ē. Naꝫ ⁊ ipſe xp̄s in eo ꝙ hō nō cognoſcit hoc modo deū. ¶ Et ſi dicať ꝙ de⁹ q̄ꝫ⁊ eſt de ſe totū ⁊ totalr ſe offert cuilibꝫ beato. Dicemus ꝙ nullus beatoꝝ eſt aptus natus: nec pōt eē aptus ſm ſciam quā hꝫ deuꝫ totū ⁊ totalr capere. Scia eni ſumit ſpēm ex obiecto ſm ꝙ hñs ſciam: per ſciaꝫ illā eſt aptus natus in obm ferri: vt ſi metaphyca verſať circa ens ſumet metaphyſica ſpēm ex ente. ſꝫ ꝙ hñs hꝯ ſcientiam: per eaꝫ eſt aptus natus in ens ferri. Ex h̄ aūt modo ferēdi qui repugnat ſcie ⁊ hñti ſciam nō pōt ſcia ſumere ſpēm. ⁊ qꝛ ipſi ſcie beatoꝝ ⁊ habēti hꝯ ſciam: cū totū dicat qđ ifinitū repugnat ꝙ feratur

Hoc vō ē valde ponderandū in pōne iſti⁹ doctoris: p qđ ſoluere poterit multas iſtātias ꝯ ipm ex viris famoſis. Ex. cō. iiij.

in deū omni modo quo cognoſcibilis eſt: qꝛ ſubm in ſcia debꝫ aſſignari cū cōditione illa ꝓut ſcia eſt apta nata in ipm ferri: ⁊ ꝓut ex eo ſumit ſpēm: non aūt ꝓut ei repugnat deus oī modo quo cognoſcibilis eſt nō erit ſubm in ſcia btōꝝ. Nā nō ſolū ex parte noſtra vel ex parte beatoꝝ habentiū ſciam: ſꝫ ēt ex parte ipſius ſcie: cū de⁹ de rōne ſui ſit qđ ifinitū: ſumiť h̄ repugnātia: ꝙ hꝯ ſcia nō poſſit ferri ī deū omni mō quo cognoſcibilis eſt. ꝓpter qđ deus ſub hac rōne in illa ſcia nō poterit eē ſubm. Multo āt magis nō eſt hoc mō ſubꝫ in ſcia noſtra que valde deficit a ſcia illa. Si ḡ de⁹ ⁊ quelibꝫ res ſicͭ ſe hꝫ ad eē: ita ſe hꝫ ad cognoſci. Si de⁹ abſolute ⁊ ſm ſuuꝫ pelagus entitatis eēt ſubm in aliq̄ ſcia creata: eſſet ibi ſubm oī mō quo hꝫ eē. ⁊ ꝑ ꝯñs omni mō quo hꝫ cognoſci: qđ eſt falſum ⁊ īpoſſibile. iō dicemus addendam eē ſpālem cōditionē vt reſtringať cōſiderationis modus: ⁊ vt dicamus deum nō eſſe ſubm: nec in ſcia noſtra: nec in ſcia beatoꝝ omni mō quo hꝫ eē: nec omni modo quo cognoſcibilis eſt; ſed in ſcia beatoꝝ eſt ſubm deus ſub hac cōditione: ꝓut ipſi per ſciam quā hñt tendunt ⁊ ſunt apti nati tendere in ipm tanq̄ꝫ in ſubm beatificās ⁊ tanq̄ꝫ in finem glorificationis. Beati .n. vidētes deuꝫ: nō oꝫ ꝙ videant oīa ſimplr ⁊ abſolute: ſꝫ vidēt oīa q̄ ad btitudinē regrunť: ſine cognitione quoꝝ bti eē nō pñt. de⁹ ḡ nō quocūqꝫ mō cognitus: ſꝫ vt ſic cognit⁹ in illa ſcia eſt ſubm̄. ſi ḡ eſt aliqua cognitio de deo ſine qua nō poſſumus eſſe beati. ⁊ aliq̄ cognitio de ipſo que ad btitudinē ꝯſequať: vel que pōt ꝯſequi: que pōt eē maior ⁊ minor: nunq̄ꝫ tñ ſcia beatoꝝ ad hoc eſt apta nata ꝑuenire. imo repugnat ei: ꝙ ꝑueniat vt ferať in deum oī mō quo cognoſcibilis eſt. addenda eſt ḡ ſpālis cōditio reſtringēs illud conſiderationis pelagus: vt dicamus ꝓut ſcia beatoruꝫ tendit in deū non abſolute tanq̄ꝫ in pelagus infinitū: ſꝫ ꝓut eſt obm̄ beatificās: eſt ſubm̄ in ſcia btōꝝ. Infinitū ergo eſt pelagus qđ beati vidēt: ſꝫ nō vident ipm vt eſt pelagus ifinitū. deus ḡ in illa ſcia eſt ſubm̄: ſꝫ nō ſub abſoluta rōne: ⁊ vt eſt ifinitū pelagus: ſꝫ ſub aliqua rōne ſpāli reſtringēte ꝯſiderationē pelagi ifiniti: per qđ de⁹ vt eſt beatificator ē ſubꝫ in ſcia beatoꝝ, ⁊ in noſtra: aliter tñ ⁊ alr. nā in ſcia beatoꝝ eſt ſic ſubm̄ ꝓut beati videndo deum nō vident oīa ſimplr ⁊ abſolute: ſꝫ vident oīa que ad beatitudinē regrunť: vel q̄ viſionē beatā conſequunť: ſm ꝙ magis ⁊ min⁹ hñt de lumine glīe: vel ꝓut hꝯ cognitionē magis ⁊ minus ꝑfectā hñt: ſed in ſcia noſtra ſiue in theologia de⁹ vt beatificator eſt ſubm̄: ꝓut ꝯſiderando de deo nō cōſideramus de oībus ſimplr: qꝛ nō ꝯſideramus vana ⁊ curioſa ⁊ noxia: ſed cōſideramus de oībus illis per que ad hꝯ btitudinē manuducimur ⁊ iuuamur. vel conſideramus de oīb⁹ illis per q̄ ſaluberrima fides nutriť ⁊ roborať: q̄ ſaluberrima fides ad hꝯ btitudinē verā nos iuuat ⁊ ducit. ¶ Ad formā ḡ arguēdi cū dr̄ ꝙ ſi hec ſcia hñet ꝓ ſubo deū vt eſt ſic glificator: tc̄ hñet ꝓ ſbo deū ſub rōe boni: ⁊ tc̄ poſterior eēt metaphyca q̄ ꝯſiderat de deo ſub rōe entis ⁊ veri. pꝫ ꝙ hec ꝯditio addita nō h̄ facit vt de⁹ non ſit hic ſubm ſub rōne entis ⁊ veri: ſꝫ reſtringiť qualr de⁹ ſub rōne entis ⁊ veri ſit hic ſubm̄. Naꝫ lꝫ ens ꝑmū ſit cā oīs eē. ⁊ veritas ꝑma ſit cā omnis veri: nō tñ ꝓpter h̄: hec ſcia cōſiderans de ente ꝑmo ⁊ veritate ꝑma: pōt ꝯſiderare de oībus que ſunt entia ⁊ de

Pendet determinatio ex hoc dixit in p̄ ſmiarē de theologia q ē ſcia affectiua tñ plā ad hec re‍gris eſt qđ ipſ⁹ ſpālis ad hoc ꝓlixios.

oībus que ſunt vera inquãtum iſta talia pñt eē noxia ⁊ curioſa: ſꝫ ſolum ↄſiderabit de illis que ſic ſūt entia: ⁊ ſic ſunt vͣa. ꝙ per ea ad verã btitudinē manuducimur ⁊ iuuamur: ⁊ per ea fides ſaluberrima que ad hõ beatitudineꝫ gignitur ⁊ nutritur. defenditur ⁊ roboratur.

Queſtio III.

Secundo querebat̃ de deo ↄ̄ſitus ad p̄deſtinationē eternam: cū p̄deſtinatio diua falli nõ poſſit. Et circa hõ querebat̃ ð ipo p̄deſtinato. Utrū poſſet ſe ꝑpetuare in vita: ⁊ arguebat̃ ꝙ ſic. Predeſtinatus põt peccare: ⁊ qꝛ eſt liberi arbitrij ſemꝑ põt manere in pctõ: ſꝫ ꝙ̄diu manebit in pctõ nõ morieť: qꝛ tunc diua p̄deſtinatio falleret̃. ⁊ ſi nõ moreret̃: quãdiu erit in peccato ſemꝑ poterit ſe perpetuare in vita.

In contrarium eſt: qꝛ ſi p̄deſtinat⁹ ſemper ſe ꝑpetuaret in hac tꝑali vita nunq̃ fieret ſaluus: nec hēret gl̃iaꝫ eternã. ⁊ ita fruſtraret̃ p̄deſtinatio: q̃ eſt ꝑparatio gr̃e i pñti ⁊ gl̃ie in futuro.

Dicendum ꝙ hec propoſitio eſt falſa. predeſtinatus põt ſe ſemper perpetuare in vita. Quod dupl'r declarabimus. p̄ ex mõ verificandi ꝑpõnes. 2° ex ipſo libõ arbitrio: vbi videt̃ fundari difficultas queſiti. ⁋ Propter p̄mũ ſciendū ꝙ ſicut ſe hꝫ in re ita ⁊ in veritate. Nam aliqua ſunt per ſe: aliq̃ ſunt per accñs. videmus.n. in ipſis paſſionib⁹ ꝙ aliq̃ ſunt paſſiones per ſe: alique per accñs. Nã paſſiones ſequētes formã ⁊ ſpēm ſunt per ſe. ſequētes aũt mãm ⁊ īdiuiduũ ſunt per accñs: iõ dicimus ꝙ ꝓpria ſunt accñtia ſpẽi: ſꝫ accñtia ſunt accñtia indiuidui. ea eni que ſequunt̃ ſpēm ⁊ formã ſunt per ſe reſpcũ eoꝝ que ſequunt̃ īdiuiduũ ⁊ mãm. nam cũ mã non ſit nã niſi per ↄparationē ad formã: illõ potiſſime cõpetit rei ſm ſe ⁊ ſm nãm: qõ cõpetit ei ſꝫ formã: ſꝫ ſic in eſſe rõ per ſe ſumit̃ magis ex forma. ratio aũt per accñs magis ex mã. ſic ⁊ in v̄itate ꝓpoſitionũ. ꝓpoſitiones eni que verificant̃ rõne forme ſunt magis per ſe. Que aũt verificant̃ rõne materie ſunt magis per accñs. Si aũt dicat̃. albũ põt diſgregare: erit vera per ſe: qꝛ verificat̃ rõe forme. ſꝫ ſi dicat̃. albũ põt fieri nigrũ: erit vera per accñs: qꝛ erit vͣa rõne mãe ⁊ ſubti. albuꝫ eni non põt fieri nigrũ ſm ſe: ſꝫ rõne mãe vel ſubti: qꝛ ſnbm qõ ē ſub forma albi põt eſſe ſub forma nigri. Ex albo eni fit nigruꝫ: vel ex nõ ente fieri ens eſt per accñs: nõ per ſe. Et ſi volumus hoc ad p̄deſtinationē adaptare. Dicemus ꝙ p̄deſtinatus dicit ꝑſonã aliquã exñtē ſub diuo ordine: ſiue ſub rõne p̄deſtinatiõis. ipſa g̃ ꝑſona ſic ſe habēs: eſt q̃ſi mã. ipſe aũt ordo ſub quo exiſtit: ſe habet quaſi forma. Si ergo dicat̃. p̄deſtinatus põt ſaluari. eſt vera per ſe: qꝛ hoc competit ei ex diuo ordine: ⁊ ex eo ꝙ eſt in hac locutiõe formale: ſed ſi dicat̃. predeſtinatus põt damnari. eſt vera per accñs: nõ rõne p̄deſtinationis: ſꝫ rõne mãe vel ſubti: qõ predeſtinationi ſubſternitur. ipm ei⁹ ſubiectũ: vt ſortes vel plato: cũ ſit liberi arbitrij poteſt damnari. Predeſtinatus eni nõ damnabit̃: põt tamē damnari. ⁋ Aduertēduꝫ tñ ꝙ que ſunt vera ꝑ accñs nihilominus vera ſunt. nam licꝫ ſit per accidēs ꝙ homo ſit alb⁹ vel niger vel medio colore coloratus: nihilomin⁹ tñ verꝝ eſt ꝙ hõ ita ſit coloratus. Si g̃ hec eſſet vera. p̄deſtinatus põt ſe ꝑpetuare in vita. vel eēt vera per ſe ⁊ q̃ſi rõne forme: vt ratione p̄deſtinationis: vel eēt vera q̃ſi per accñs: vt rõne mãe vel ſubti: vt rõne liberi arbitrij: qõ quaſi mãliter diuo ordini ⁊ diue p̄deſtinationi ſubſternitur. Qualr aũt ſit iſta ſubſtratio vtruꝫ predeſtinatio ponat aliqd in p̄deſtinato. pꝫ ꝙ p̄deſtinatio vel ponit aliqd ſm rē in p̄deſtinato vel ſaltē ponit aliqd in eo ſm diuam preuiſionē ⁊ ſm diuinuꝫ ordinē. Si eni p̄deſtinatio eſt quedã gr̃e ꝑparatio in pñti ⁊ gl̃ie in futuro: quicũq; eſt p̄deſtinatus vl' hꝫ actu in ſe gr̃aꝫ vel ꝓuiſione diua ⁊ ifallibili preuiſus eſt hēre gr̃aꝫ. Hõ aũt diuinus ordo eſt quaſi qd formale reſpectu eoꝝ que huic ordini ſubſternũt̃. Neutro aũt iſtoꝝ modoꝝ poterit verificari ꝙ p̄deſtinat⁹ ſe in vita ꝑpetuare poſſit. nõ eni hoc poterit verificari q̃ſi per ſe: ⁊ rõne p̄deſtinationis: qꝛ vt in arguēdo tãgebat̃ tunc fruſtraret̃ predeſtinatio. ſi eni predeſtinatus ſm ꝙ huius poſſet ſe perpetuare in vita: tunc predeſtinatus ſm ꝙ huius poſſet nõ ſaluari: ſed poſſet ſe continuare in hac vita ſeculi: in qua non poſſet conſequi beatitudinē: ſꝫ peregrinamur a domino. põt etiam p̄deſtinatus damnari: vel põt non ſaluari: ſꝫ non in eo ꝙ p̄deſtinatus: ſꝫ ratione eius ꝙ p̄deſtinationi ſubſternitur. Si g̃ falſum eſt ꝙ p̄deſtinatus ſm ꝙ huius poſſit nõ ſaluari. falſuꝫ eſt ꝙ p̄deſtinatus ſꝫ ꝙ h⁹ in vita hui⁹ ſeculi ſe perpetuare poſſit. non g̃ erit prefata locutio vͣa per ſe: vel quaſi rõne forme. nec erit vͣa quaſi per accñs ⁊ rõne mãe: vt rõne liberi arbitrij: qõ p̄deſtinationi ſubſternitur: qꝛ ex libero arbitrio non hēt homo ꝙ ſe poſſit perpetuare in vita. eſt g̃ prefata propoſitio ſimpl'r iudicanda falſa: qꝛ nullo modo verificatur: nec rõne forme: ⁊ quaſi per ſe: nec rõne mãe ⁊ quaſi per accñs. ⁋ Scđa via ad hoc ſumit̃ ex parte ipſi⁹ liberi arbitrij. vbi videt̃ fundari difficultas queſita. ex hoc eniꝫ in queſito difficultas reſultat. Quia ſi liberũ arbitriũ non põt cogi ſemꝑ poteſt ſtare in peccato. ⁊ quãdiu ſtat predeſtinatus in pctõ nõ morietur. videtur ex hoc ꝙ poſſit perpetuari in vita. ⁋ Propter qõ ſciendũ ꝙ liberũ arbitriũ optime ſtat cuꝫ īfallibilitate diue ꝑſcie. nam diua ꝑſcia iõ eſt īfallibilis: qꝛ oīa ſunt ei pñtia. vnde Augu. 15. de trini. cap. 13. vult ꝙ deus non aliter nouit creata q̃ creanda. oīa.n. ſibi ſunt pñtia. totus autē iſte decurſus reꝝ eſt diue ſapīe preſens: ſꝫ ſicut eſt in his que pñtial'r videmus: ꝙ ſiue veniant contingenter: ſiue neceſſario per ſe loquēdo: non fallimur in illis. noſtra autē īfallibilis notitia non dat rebus neceſſarijs neceſſitatem: nec tollit a rebus contingētib⁹ contingentiam: ſed quelibꝫ ſm moduꝫ ſue nãe venire permittit: vt Boetius exempluꝫ ponit in lib⁹ de cõſolatiõe. naꝫ ſi pñtial'r video ſolē oriri ⁊ hoīeꝫ currere in neutro illoꝝ fallor. Si video hoīeꝫ currere vere poſſum dicere: qꝛ homo currit. ⁊ ſi video ſolē oriri vere dicet̃ ꝙ orit̃. nihilominus tñ ſol oritur neceſſario: ⁊ homo currit ↄtingēter. meũ eni videre nõ obſtante ꝙ ſit īfallibile circa vtrũq;: nõ tñ dat neceſſitatē ortui ſolis: nec tollit cõtingētiã curſui hoīs. Ad hoc eni ꝙ ſcia ſit īfallibilis de aliq̃ re nõ opꝫ ꝙ res nõ poſſit aliter eſſe: ſed ſufficit ꝙ nõ aliter ſit. Ad hoc enim ꝙ quis nõ fallatur cũ viderit hoīem currere ſufficit ꝙ ita ſit vt videt: non oꝫ aũt ꝙ non poſſit aliter eē: ex eo eniꝫ ꝙ video hoīeꝫ currere: ⁊ nõ fallor nulla neceſſitas ē in curſu hoīs niſi forte cõditionata: ſic oē qõ eſt qñ eſt: neceſſe ē eē. Optime eni ſtat īfallibilitas notitie mee cũ vi-

Et ad hūc īellcͣ verificari ꝑ ſe ⁊ falſificari ꝑ accñs multas dixit ꝑpõnes Albert. vi. vj. ph. ↄ. xv. vij. ph. cõ. ij. ⁊ ſepe: ⁊ in hoc ſuſtentat̃ nã poſſe cõſo ſeu aliq qõ nõ deſcēdit ſꝫ ſtat ſupra ſuas ſpēs: hic ēt ſolalis ↄña ⁊ ↄbinano modoꝝ vnij: hic mãterie q̃dã ↄpõis ⁊ diuiſionis ſumitur: nõ ſicut moderni neſcientes dcã aliquoꝝ.

Puto ꝙ ſit eīs reſpcũs rõis: ratiſſum⁹ tñ ex certitudine ſcie diuini intellctꝰ ex reglis iꝑſcrutabilis ſapiētie: vñ ei⁹ põ ordinata theologis aperitur.

deo hoiem currere cū libertate arbitrij currentis: qꝛ ille nihilomin⁹ libere currit:ꝛ pōt currere:ꝛ non currere. Sic ꝛ in ꝓpoſito tot⁹ decurſus rex̄ eſt deo pñs. iō circa ħ nō fallit̄: ſiue ſit neccīū: ſiue ꝯtingēs: cū īfallibilitas diue cognitiōis nō det reb⁹ neceſſitatē: nec tollat a ꝯtingentib⁹ ꝯtingentiā. Uex̄ enim eſt ꝙ ita erit ſicͭ de⁹ ꝓuidit: ſ; nō eſt vex̄: ꝙ non poſſit alr̄ eē: ꝑꝑ qꝺ ſi ꝑdeſtinauit me ꝛ videt me ſaluādū: vex̄ eſt ꝙ ego ſaluabor: ſ; ħ nō eſt verū ꝙ non poſſit alr̄ eſſe. pōt ḡ ꝑdeſtinat⁹ finalr̄ peccare: ꝛ pōt dānari: qꝛ īfallibilitas diue ꝑſciētie nō imponit ei necitatē. attñ finalr̄ nō peccabit nec dānabit̄. nlla eſt aūt ibi necītas ſimplr̄ niſi ꝯditiōis: ſicͭ oē qꝺ eſt qñ ē: nece eſt eē: ſicͭ eni cū aliqd ē pñs in re: nece eſt ſic eē vt eſt: nō ſimplr̄: ſ; ſub ꝯditione: qꝛ oē qꝺ eſt: qñ eſt: neceſſe eſt eē dū eſt ita. Et futura q̄ ſunt preſentia ꝑſcie diue: neceſſe eſt euenire q̄ de⁹ preuidit nō neceſſitate ſimplr̄: ſ; qꝛ iam ſunt pñtia diue preſcie nece eſt ſic eē: vt ſunt pñtia. ¶ Quo viſo dicamus ꝙ ſi dicas ꝑdeſtinat⁹ ſꝑ pōt peccare: ꝛ qꝛ ſꝑ pt peccare: ꝛ nō pōt mori: dū eſt in pctō. iō pōt ſe ꝑpetuari in vita. Dicem⁹ ḡ ꝙ hec argumētatio accipit oīa falſa. Nā ꝙ ꝑdeſtinat⁹ ſꝑ poſſit peccare falſa ē ꝛ rōne ꝑdeſtinatiōis: ꝛ rōne liberi arbitrij. Nā ipſ; liber̄ arbitriū nō pōt ſꝑ eē ꝯiunctū corpori. ꝛ iō nō pōt ſꝑ peccare: ſ; tādiu pōt: q̄diu ē in hac valle miſerie ꝯiunctū corpori. ¶ Rurſus alia ꝓpoſitio ꝙ ꝑdeſtinat⁹ q̄diu eſt in pctō non pōt mori: falſa eſt.

Uult dr̄e ꝙ ꝑdeſtinat⁹ pt mori in pctō: ſ; nō coītelcā ꝑdeſtiatōe: vt .ſ. ab ea denoiat̄: ſophiſte fugiunt ad ꝯpōnē ꝛ diuiſionē: tn̄ā; poſſa deſtruunt in ſua diuiſione.

Predeſtinat⁹ aūt pōt in pctō mori: non tñ morief̄. Si ḡ accipit ſm̄ poſſibilitatē vtraq; eſt ēt falſa. v;. ꝙ ꝑdeſtinat⁹ poſſit ſꝑ peccare: ꝛ ꝙ nō poſſit in pctō mori: ſ; ſi accipis ſm̄ actū: tūc falſa eſt ꝓpoſitio pͣ. v;. ꝙ ꝑdeſtinat⁹ ſꝑ peccet: vel ꝙ ſꝑ in pctō cōſiſtat: ꝛ tūc falleret̄ diua ꝑſciētia: ꝛ ſi non ſꝑ in pctō perſiſtet: nō poterit hoc mō ꝑpetuare in vita. ¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiectū. Queſtio. IIII.

Tertio querebat̄ de ordine quo ds creat res. Et erat qꝺ. Utrum in creatione rex̄ itelligere ꝑcedat velle vel eꝯ. ꝛ arguebat̄ ꝙ itelligere ꝑcederet velle: qꝛ in his q̄ ꝓcedūt. artificialr̄ a nobis: vt dicebat itelligere ꝑcedit velle. ḡ in creatiōe rex̄ cū creature ꝯparent̄ ad deum tanq; artificiata ad artificem: opꝫ ꝙ in hoc intelligere ꝑcedat velle. ¶ P̄. in ſcriptura ſacra ſemꝑ fit cōmemoratio de intelligere hoc modo. ſcriptura ſacra dicit deū ꝓducere res dicendo. i. formando verbū: ꝛ intelligēdo. iuxta illud pſal. Ipſe dixit ꝛ facta ſunt.

ps. 169. ſm̄ aliū ordinē. 148.

In contrariū eſt: qꝛ ꝓductio rex̄ ē ex ordinatiōe dei: ſ; ħ nō ē ſine diua volūtate: ſ; ħ ꝑtinet ad ei⁹ volūtatē. ḡ ꝛc̄.

Reſpondeo dō;: ꝙ nō pōt eē hec qꝺ ꝺ ſcia dei: q̄ eſt pure ſpeculatiua: ꝛ q̄ nō pōt eē practica cuiuſmodi eſt ſcia quā h; de⁹ de ſeipſo. Erit ḡ hec qꝺ de ſcia quā h; de⁹ de creaturis: Propter qꝺ ſciēdū ꝙ magr̄ ꝑ ſniax̄. diſt. 38. vult ꝙ ſcire dei nō ſit cā rex̄: niſi ꝓut includit diuū bñplacitū. vñ ait. Ita ēt dicim⁹ ſciam: vel ꝑſciam nō eē cām eox̄ que fiunt niſi talē ſine qua nō fiunt. ſi tñ ſciam ad notitiā tm̄ referam⁹. ꝛ ſubdit. ꝙ ſi vō noīe ſcie īcludat̄ ꝛ bñplacitū atq; diſpoſitio: tc̄ recte dici pōt cā eox̄ q̄ de⁹ fac̄. Scđm ħ ḡ diſtinguemus de ſcia practica. dicem⁹. n. ꝙ q̄tūcūq; ſcia practica ſit in itellectu. intellcūs. n. nō dr̄ practicus ſm̄ talē ſciam: niſi ꝓut ſe extēdit ad op⁹: qꝛ vt dr̄ in 3° de aīa. intellect⁹ ſpeculatiuus extēſione fit practic⁹. Ipſa ḡ ſcia practica pōt ꝯſiderari dupl̄r. vel vt ꝗs ſpeculat̄ ſ; eā. vel vt ordinat eā ad op⁹. cū ḡ queris vtrū in talib⁹ itelligere ꝑcedat velle. Si itelligat̄ de itelligere ſpeculatiuo nōdū ordinato ad opus ꝑcedit velle: ſ; tale itelligere: vt p; per magr̄m ſniax̄: non eſt cā operis niſi cā ſine qua nō. vbi. n. artifex per ſuam artē ſpecularet̄ nō ageret per ſuā artē. Ex hꝯ tñ ſpecularī: nō ſequet̄ op⁹ niſi per volūtatē ordinet̄ ad op⁹. Intelligere ḡ ſpecl̄atiuū nōdū ordiatū ad op⁹ ꝑcedit velle: ſ; ordinatū ad op⁹ ſeqtur velle: qꝛ nō ordinat̄ ad opus niſi per volūtatē. Uñ ꝛ phꝰs vult ꝙ pn̄ᵐ artificialiū ſit volūtas: vt p; ex 6° meta. vnde idē ibidē ait. Qꝛ artificiatū eſt idē qꝺ volitū. ſ; ḡ ſpeculationē operis itelligere ꝑcedit velle. ſ; āt ordinationē ad opus velle ꝑcedit itelligere. Ideo voluntas dei dr̄ pͥma ꝛ ſuprema cā oīum rex̄: qꝛ intelligere illꝺ ſpeculatiuū qꝺ ꝑcedit velle: nō eſt cā rex̄: niſi ſine qua nō. Qꝛ autē voluntas ſit cā p; per Aug. lib° 3° de trini. ca. 4. qui ait. Qꝛ volūtas dei eſt pͥma ꝛ ſuprema cā oīum corporaliū rex̄: vel ſpērum ac motionū. Pari etiā rōne eſt pͥma ꝛ ſuprema cauſa oīum ſpecialium rerū: in deo ḡ non eſt iſta prioritas ſm̄ rem: qꝛ ſuū velle nō differt realr̄ a ſuo intelligere: nec eſt iſta pͥoritas ſm̄ temp⁹: qꝛ ibi nihil ex tēpore inchoatur. S; nihil minus prioritas eſt ſm̄ nr̄m modū itelligendi. Nā ſm̄ nr̄m modū itelligēdi ꝑus itelligimus deum ſpeculari oīa. poſtea itelligimus ſ; ſuū beneplacitū eligere hec: vel illa facere: ſm̄ quā electionē ſuā ſciam ad opus applicat: vt illa faciat que eligit: ꝛ diſpoſuit facere. Uñ dicim⁹ in deo eē ſciam ſuiipſius ꝛ eſſe ſciam aliarū rerum: ¶ Rurſus ſciam aliarū rerū diſtinguimus dupl̄icem. Unā que vocat̄ ſcia ſimplicis notitie quā hēt deus de oībus poſſibilib⁹ fieri: ꝛ aliā que vocatur ſcia viſionis quam hēt de⁹ de factis: vel de fiendis. Scia enī ſimplicis notitie que nō eſt cā niſi ſine q̄ nō: ſm̄ nr̄m modū intelligendi ꝑcedit velle: ſ; velle ꝑcedit ſciam viſionis: qꝛ nō pertinent ad aliquā ſciam viſionis: niſi q̄tenus ſunt volita vel permiſſa. Pat; ḡ ꝙ in creatione rerū itelligere ſpeculatiuū: qꝺ eſt cā ſine qua nō: vl̄ ſcia ſimplicis notitie q̄ eſt cā ſine qua nō: precedit velle. Sed itelligere ex quo ſeqtur opus: ꝛ qꝺ eſt determinatū ad opus ſm̄ noſtrū modū itelligēdi: ſeqtur velle: cum iſta determinatio nō ſit niſi per voluntatē. ad volūtatē enim ſpectat ꝺterminare ſciam practicā: vt ex ea ſeq̄t̄ op⁹.

Elicit̄ .ſ. c. 49. ſ; nō formalr̄.

Tex. cō. pmi.

al. ſpiritualium.

Dicēt curioſus quō res pꝰ ſit in itell'u q̄ in volūtate diuina cū ab ea hēant eē: ꝛ nō añ? Itē ſi ſit aliq̄ mō in eſſe poſi ꝑ intelſm. ſi ēt pꝰ ꝑ volūtatem. igitur eēnt bis. ꝛp dico. dices. ſi i itellu ī eē cognito tñ nō poſi. ꝯ. eſſe cognitū in q̄cūq; itellectu vr̄ falsē ꝑſupponē eſſe poſe. ꝑ poteo multos q̄d⁹ imagiari in iſto eē poſi vt ſint coº remote in eēntia ꝛ in itelſu. ꝓpinquī⁹ in volūtate diue. ꝓpinquiſſime i volūtate effi caci. cōſidera ēt ꝙ reſpcū intell'o diui poſe nō ſpꝑcedit cognitū imo cāntur ꝛ cōſidera ꝙ doctor ꝺ illa volūtate cauſāte nō loqt̄: ꝛ oīa diſcrete accipe: ꝛ bonū eſt in iſta ꝓductiōe ꝑcetera vidē Henricū ꝛ Scotū ij. d. ꝑ. pͥma. d. ſcđi. ꝛ. ij. ꝛ. iij. q. quolibeti.

Ad argumentum aūt in ꝯriū cū dr̄. Qꝛ ita ē in nobis ꝙ intelligere ꝑcedit velle: in his que artificialr̄ a nobis fiunt. Dici debet ꝙ itelligere ſpeculatiuum per qꝺ ſpeculamur ea que ſūt artis: pōt precedere velle: ſ; itelligere practicū: ꝛ iam extēſum ad opus: vel iam determinatū ad opus ſeqtur ipſ; velle: qꝛ hui⁹ cā eſt volūtas: ſic ꝛ in deo ſ; noſtrū modū itelligēdi reſeruat̄ ibi quodāmō talis ordo. ¶ Qꝺ vō vlterius arguebat̄ ꝙ ſacra ſcriptura oīa attribuit ad ipm̄ dicere diuinū: qꝛ dicēdo fac̄. ꝙ ꝯñs eſt ꝙ oīa tribuat ſuo itellectui: qꝛ idē eſt dicere ꝙ intelligendo verbū formare. Debet dici ꝙ ſicut ſcriptura ſacra oīa attribuit diuo itellectui: qꝛ dixit ꝛ fcā ſunt: iſta oīa attribuit volūtati ei⁹: qꝛ oīa q̄cunq; voluit fec̄. Uel poſſum⁹ dr̄e ꝙ l; itell's nō agat: qꝛ nō ē practic⁹: nec opet̄ exteri⁹ niſi ſm̄ bñplacitū volūtatis h; tñ aliqd itell's reſpcū opis qꝺ nō h; volūtas: qꝛ

ps. 113.

T.c.xxiij. in intellectu eſt ſimilitudo rei operande. Qꝛ ab archa in aīa fit archa ī mā: vt pōt patere. ex. 7. meta. iō rōne hꝰ ꝓgatiue quā hȝ itellcūs aliqñ opꝰ attribuiť itellectui. tñ nō eſt h̄ ſimpl'r faciēdū: niſi ibi icludať bn̄placitū. Qꝛ vt pōt patere per habita ſilitudo in mēte nō ꝓgrediť in opꝰ: nec eſt cā opōnis: niſi ſꝫ bn̄placitū volūtatis. niſi acciperetť forte cā ſine qua nō: ſꝫ cā ad quā ſequiť opus: nō eſt ſcia ſine beneplacito voluntatis.

Queſtio. V.

Quarto querebatur de ordine ſm quē res creanť a dō. ⁊ erat qō. Utrū res ſint hoc ordine a deo create: ꝙ iter duas ſpēs imediatas poſſit fieri ſpēs media. ⁊ arguebať ꝙ ordo rerū T.c.x. hoc nō patiť. Nā forme ſunt ſic̄ numeri: vt pȝ ex. 8. meta. ſꝫ ordo nūeroꝝ h̄ nō patiť ꝙ inter duas ſpēs imediatas poſſit fieri ſpēs media. nulla enim ſpēs media poteſt eſſe inter quinque ⁊ quatuoꝛ. ergo in ordinatione vniuerſi ita ſe hebit ꝙ inter duas ſpecies imediatas nō pōt fieri ſpēs media.

In contrarium eſt: qꝛ vt dicebať deus pōt facere mām ſine oī forma: ⁊ ſine oī alio actu. ſi ğ deus facere pōt mām actu que nullū hȝ actū. poterit facere ſpēs imediatas hēre mediū: q̄uis nullū habeāt mediuȝ.

aut illa gutta remanebit integra: aut diuidet per appoſitionē vini. Et ſi remanet itegra: erit ibi ſanguis chriſti: ſicut ⁊ prius. ⁊ maxime ſi vinū ſupinfuſum ſit eiuſdē rōnis. Uel habeat ſimilia accñtia cū illa gutta: ita q̄ non fiat ibi corruptio a ꝯrio: ſed qꝛ pōt diuidi hꝫ gutta in tales partes: in q̄bus ſm ſe cōſideratis nō remaneret ibi ſpēs vini. iō hic cōtingere opꝫ: q̄ ibi deſinat eē ſanguis chriſti. Nā tādiu corp⁹ eſt ſub hoſtia: q̄diu remanet ibi ſpēs panis. ⁊ tādiu ſanguis eſt ſub ſpē vini: q̄diu remanet hꝫ ſpēs. Si ergo vinū appoſitū diuidat illā guttā in tā minutas partes: in q̄bus ſm ſe cōſideratis non poſſit ſaluari ſpēs vini: deſinet ibi eē ſanguis. ¶ Sꝫ dices q̄ gutta ſic diuiſa in partes: lꝫ ſm ſe nō retineat ſpēꝫ vini: qꝛ nō eſt vinū ſꝫ formā. alr tñ ꝯiūcta: a'ls ꝯſiderata: poterit ſeruare ſpēm vini: qꝛ erit vinū ſm materiā. nā vinū ſm māꝫ pōt eſſe q̄tūcūq; modicū: lꝫ vinū ſꝫ formā oporteat eē alicui⁹ determiate quātitatis. ¶ Sꝫ hec obiectio eſt modici pōderis: nā ſanguis xp̄i nō eſt niſi ſub ſpecie vini. Si ḡ eſſet ſanguis xp̄i ſub modica parte gutte: eſſet ſub ea ꝑut reſeruatur ibi ſpēs vini. nō aūt reſeruaret ibi ſpēs vini: niſi vt cōiuncta vino ſupinfuſo: inciperet eſſe ergo ſanguis xp̄i in vino ſuperinfuſo: qḋ eſt icōueniēs: cū ſup hꝫ vinū nō ſint reiterata verba ſacerdotis. ex quorum verboꝝ ṽtute fit trāſubſtātiatio vini in ſanguinē. Aliud eſt ergo querere vtrū exiſtente ſanguine ſub gutta ſpēi vini de neceſſitate deſinat ibi eſſe hꝫ ſanguis: ⁊ vtrū poſſit cōtingere q̄ ſic eſſe deſinat. Nā ſi queraꝛ vtrū de neceſſitate ſic ſe habeat: dicemus q̄ nō: qꝛ poſſet illa gutta remanere itegra. Sꝫ ſi q̄ratur vtrū poſſit hoc cōtingere: dicemus q̄ ſic. Quia per vinū ſupinfuſum poſſunt partes illius gutte ſeparari abiuicē. ⁊ poſſet eſſe ſeparatio facta in tā modicas partes: q̄ in illis partibus ſm ſe nō remaneret ſpēs vini, quo cōtingēte deſineret ibi eē ſanguis xp̄i. Et ſi vlterius queraꝛ qḋ iſtoꝝ magis cōtingit. dicemus q̄ valde eſſet caſuale q̄ illa gutta remaneret itegra: ⁊ nō imiſceret vino appoſito. ideo vt pluri mū: ⁊ q̄ſi regulariter cōtingit: q̄ exiſtente ſanguine xp̄i ſub gutta ſpēi vini per iſuſionē vini non ꝯſecrati deſinit ibi eē ſanguis chriſti. ¶ Scḋa via ad hoc idē ſumiꝛ ex his que ſunt ꝓpria huic ſacramēto. nā ſicut dicim⁹ de corpore xp̄i: ꝑut ex vi ſacramēti eſt ſub ſpecie panis. ſic dicemus de ſanguine ꝑut ex vi ſacramēti eſt ſub ſpē vini. dicimus eni q̄ totū corp⁹ xp̄i eſt ſub tota hoſtia: ⁊ totū ſub q̄libet parte. ſic totus ſanguis xp̄i ſub tota ſpecie vini ꝯſecrati: ⁊ totus ſub q̄libet parte. hꝫ tñ partes ſub q̄b⁹ eſt totū corp⁹: ⁊ totus ſanguis nō ſunt iſinite: ſꝫ finite. Nec hꝫ ſancta cōuerſio ſpūaliter dr̄ trāſubſtātiatio: qꝛ manentibus accñtibus ſola ſubſtātia panis ꝯuertiꝛ in ſubſtantiā corporis. ⁊ ſola ſubſtātia vini in ſubſtātiam ſanguinis. ergo ſm totalitatē ſubſtantialē panis ⁊ vini loquendū eſt de exiſtētia corporis ⁊ ſanguinis xp̄i in hoc ſacramēto: ⁊ qꝛ ſm totalitatē ſubſtātialē tota ſubſtātia panis eſt ſub tota hoſtia: ⁊ tota ſub q̄libet parte. eo q̄ q̄libꝫ pars panis eſt panis: qḋ non eēt: niſi totū illud qḋ eſt de eſſentia panis reſeruaretur in q̄libꝫ parte panis. ſic etiā ſe hꝫ ex parte vini: ⁊ qꝛ ſm totalitatē ſubſtātialē tota ſubſtātia panis ⁊ vini eſt in aliquo toto pane: ⁊ tota ſubā vini in aliq̄ toto vino: ⁊ tota in q̄libet parte: opꝫ q̄ tota ſubſtantia corporis ⁊ ſanguinis xp̄i ſit in toto hꝫ ſacramento: ⁊ tota in q̄libꝫ parte. Sed cōſtat q̄ partes ille in q̄bus eſt tota ſubā panis: ſunt partes ſꝫ formā. Sūt eni tales partes in q̄bus ſm ſe pōt reſeruari ſubſtantia panis. Partes aūt ſꝫ formā in q̄bus ſm ſe reſeruatur ſubā rei: nō ſunt infinite: ſꝫ finite. poſſet enim accipi ſic modicū de pane vel de vino: q̄ nō eſſet panis nec vinū ſm formā: ⁊ ſm ſe non reſeruareꝛ ſubſtantia panis ⁊ vini: qꝛ ergo ſanguis xp̄i nō diuidiꝛ ſm dimenſionē ſpēi vini: ſed ē totus ſanguis ſub tota ſpē: ⁊ totus ſub q̄libꝫ parte: qꝛ partes ille ſub q̄b⁹ eſt hꝫ ſanguis ſm ſe ſunt partes ſm ſpēm: ⁊ nō ſunt infinite: ſed finite: quādo per iſuſionē vini ſic diuiditur gutta ſub qua erat ſanguis xp̄i: qḋ nō diuidiꝛ in partes ſpēi vini ſm formā. oportet q̄ ibi deſinat eſſe ſanguis chriſti.

Iſis do ſi addas que hꝫ Petrus de palude. xij. di. quarti. q. 5. nihil erit abſolut⁹: miru q̄ ille ſubtilr ⁊ curioſe in hac mā loquitur: quō ꝫ q̄tuias nāliter corrūpaꝛ. ⁊ virtute cui⁹: ⁊ per q̄s modos: quā cōtrarijs careant egregie iueſtigat q. 4. ibi non igiꝛ edtilli in hoc ab eo diſcedas.

Forte itelligiꝛ q̄ ſolū nō eſt de rōne h⁹ ꝯūſiōis. ſcꝫ tranſubſtātiatio: ſed q̄ totum corpus ⁊c. vl' loco ḋ ly nec. ponat nā q̄. ⁊ ſic erit clarior.

Quod vero arguebaꝛ in ꝯrium: q̄ non ſit corruptio niſi a cōtrario. ⁊ q̄ vinū ſupappoſitū nō contrariaꝛ illi gutte ſub q̄ ponitur eſſe ſanguis. nec rōne forme: nec ratiōe dimēſionū. Dici debꝫ q̄ vt pꝫ per habita pōt fieri corruptio ex ſola diuiſiōe cōtinui. Uinū enī ſupinfuſū diuidēs illā guttā in tam modicas partes imiſcēdo ſe ei: q̄ in illis partibus nō poſſit reſeruari ſpēs vini facit q̄ ibi eē deſinat ſanguis xp̄i. ¶ Argumētum etiā aliud deficiebat. Qꝛ ſicut nō eſt icōueniēs eādem dimenſionē ſm varias ſui partes eſſe ſub contrarijs formis. ſic nō eſt icōueniēs ſm aliā ⁊ aliam partē eſſe in ſubiecto ⁊ nō in ſubiecto. Si ḡ ſuperinfunderet vinū qḋ nō imiſceret ſe illi gutte: ⁊ qḋ nō diſcōtinuaret partes ei⁹ fieret vna dimēſio ex vino ſuperinfuſo: ⁊ ex illa gutta: ⁊ eēt illa dimēſio in ſubiecto: ⁊ non in ſubiecto: ſed hoc etiam eſſet ſm aliā ⁊ aliā partē: ſm quē modum in eadē dimenſiōe cōtrarietatē reperire nō eſt icōueniēs.

Deinde querebaꝛ de pertinētibus ad ens creatū. Ens aūt creatū pōt conſiderari generalr ⁊ ſpecialr. ꝓpter qḋ quedā querebātur pertinētia ad ens creatū in generali, quedā in ſpeciali. Ens aūt creatū in generali p̄ma diuiſione diuidiꝛ in ſubſtantiam ⁊ accidēs. Propter qḋ triplex erat talis queſtio. Una pertinēs generalr ad omne ens: vtrū in ipſis entib⁹ ⁊ in ipſis reb⁹ eſſet veritas. Alia pertinēs generalr ad omnē ſubām: Utrum in ipſa ſubā imediate poſſꝫ fundari relatio. Tertia ptinēs generalr ad oē accñs: vtrū vnū ⁊ idem accñs nūero poſſit eē in diuerſis ſubſtātijs. Qō. VII.

Ad primum ſic procedebatur. Oſtēdebaꝛ q̄ veritas ſit in ipſis rebus. Nā veritas ē idē qḋ rei entitas. nā diſpoſitio vniuſcuiuſq; rei in veritate ē ſua diſpoſitio in entitate. vt vꝫ in ſcḋo metaphy. ſed entitas ē in ipſis rebus. ergo ⁊ veritas. ¶ P̄. ſi extrema ſunt in aliquo ⁊ mediū opꝫ poni in eodē: ſed itellectus entis precedit itellectū veri. itellect⁹ veri precedit itellectū boni: qꝛ p̄us intelligiꝛ res habere ordinē ad itellectū q̄ ad appetitū. Ueritas ergo eſt media inter entitatem ⁊ bonitatem: ſed entitas ⁊ bonitas ſunt in reb⁹. ergo ⁊ veritas. T. c. 4.

In ꝯtrariū ē p̄hus in perhiermenias. ⁊ in 3° de anima. volēs q̄ circa ꝯpoſitionē ⁊ diuiſionē. i. in itellectu cōponente ⁊ diuidente ē veritas ⁊ falſitas. T. c. 22.

Reſpondeo dicēdū: q̄ in hac q̄ōne hoc ordine ꝓcedemus. Quia p̄mo de

clarabimus φ ṽitas ⁊ falſitas ſunt in ītellectu. Se
cundo oñdem⁹ quõ ſunt in ītellectu. Tertio decla
bimus quõ ſunt in reb⁹. ℂ Propter p̄mū ſciēdum
φ res dr̄ ṽa ꝓut eſt ab ītellectu cognita. ſicut dr̄ bo
na ꝓut eſt ab appetitu volita. Eſt.n. verū obm̄ ītel
lectus. ſic bonū eſt obm̄ appetit⁹. res aūt nō cogno
ſcit̄ per cognitiōez que ſit in ip̄a: nec ꝑ aliqd qd̄ eſt
in ip̄a: ſ3 per illud qd̄ eſt in intellectu. ſunt.n. res co
gnite nō ꝓut ſunt in ſeipſis: ſ3 ꝓut ſunt in cognoſcē
te. iō ſunt ṽe nō per veritatē que ſit in ipſis forma
liter: ſ3 per id qd̄ eſt in cognoſcēte. S3 nō ſic eſt ex
ꝑte bonitatis ⁊ vt res ſunt volite: ſicut eſt ex parte
ṽitatis ⁊ vt res ſūt cognite. Sūt.n. res volite vt ſūt
in ſeipſis: l3 ſint cognite vt ſunt in ītellectu. Exiſtē
te.n. forma balnei in ītellcū: ēt nō exñte balneo in
re extra: poſſumus ītelligere balneū ⁊ ꝓprietates
balnei ⁊ q̄cūqꝫ pertinēt ad nām̄ balnei. Ad intelle
ctū ğ balnei ſufficit balneū: vt eſt in ītellectu. etiā
ſi nihil eēt de balneo in re extra. Sed ad velle bal
nei nō ſufficit balneū vt eſt in ītellcū: ſ3 reqrit̄ bal
neū in re extra. poſtq̄3.n. hēmus in ītellectu formā
balnei adhuc volum⁹ balneū in ſeip̄o. Et qr ꝑ cōpa
ratiōnē ad ip̄3 ītellcm̄ ⁊ vt eſt res cognita dr̄ ṽa. vt
aūt eſt volita dr̄ bona: qr eſt cognita vt eſt in ītelle
ctu. eſt volita vt eſt in ſeipſa. Vñ ğ dcm̄ ē φ verū ⁊
falſū3 ſunt in mēte. bonū aūt ⁊ malū ſunt in rebus.
Et vt meli⁹ appeat qd̄ dr̄: dicem⁹ φ ṽitas ↄſiſtit in
aſſimilatōe ītellect⁹ ad rē: vt qñ ſic eſt in ītellcū vt
eſt aptū natū eē in re dicimus intellectū eſſe verū.
Qñ nō: ſic dicim⁹ eē falſū3. accipiēdo ğ aſſilatiōnē
large ꝑ forma ex q̄ ſumit̄ rō ſilitudinis per ſe eſt: φ
talis forma ſit in ītellcū: nō aūt φ ſit in re. nūq̄3.n.
ītellect⁹ ītellīt niſi hēat in ſe ſilitudines rei. Intel
ligit̄ tñ res: ⁊ ſi in ſe nō exiſtat: ⁊ ſi nō hēat in ſe nām̄
⁊ exñtiā. Si ğ veru3 dr̄ aliqd ꝓut eſt ab intellectu
cognitū: ⁊ ſm̄ φ hꝫ nō oporteat φ ſit in ſe: ſed φ ſit
in ītellectu. hñ dcm̄ eſt φ verū ⁊ falſū3 formalr̄ ſūt
in mēte ⁊ nō in reb⁹. Pōt aūt veritas eſſe in re cālī
ter ⁊ ꝓut aſſimilatio ī mēte cāta eſt a reb⁹. forma
liter aūt ṽitas eſt in ītellectu. ℂ Aduertēdu3 tñ φ
opꝫ veritatē hr̄e fundamētū nō vanum: nec caſſu3.
Si.n. veritas eſt in aſſimilatiōe rei ad ītellcm̄: vel
opꝫ φ res ſit apta nata cauſari ab intellectu ſm̄ φ
ſe hñt res ad ītellectu3 diuīnū. Uel φ ſit apta nata
cāre ſilitudinē in ītellectu ſm̄ φ ſe hñt res ad ītel
lectu3 nr̄m: vel ambo ſint apta nata cāri a 3°. ſm̄ φ
ſe hñt res ad intellectū angelicū. Cognitio.n. ange
lica ↄſiſtit in q̄dā aſſimilatiōe ad res: ſed hꝫ aſſimi
latio nō ſumit originē φ res ſint apte nate cauſari
a ſpēb⁹ angelicis: nec φ ſpēs āgelice ſint apte nate
cāri a rebus: ſ3 qr he ⁊ ille ſunt apte nate cāri a 3°. qr
ab eiſdē ideis in mēte diua fluxerūt ſpēs in menti
bus angelor̄: ⁊ res in ꝓpa nā. Si ṽo eſſet aſſimila
tio φ nec eēt apta nata cāri a reb⁹: nec cāre res: nec
cāri a 3°. ſicut ē ↄceptus chimere: vel alicui⁹ figmē
ti: in tali ītellcū nō accipit̄ ṽitas: ſ3 dr̄ hꝫ ītellectus
eē van⁹ ⁊ caſſus. Si ğ accipiat̄ aſſilatio ꝓꝑe nō eſt
aſſilatio niſi in re cāta. Nā hoc dr̄ aſſilatū eē qd̄ eſt
ad alteri⁹ ſilitudinē factū: ſ3 ſi accipiat̄ aſſilatio lar
ge ꝓ omni repñtatiōe: ſiue ſit exēplar: ſiue exēpla
tū: ſiue cā: ſiue cātū. Dicem⁹ φ ꝑ ſe loquendo l3 res
ſit volita ꝑ id qd̄ eſt in ſeip̄a: tñ eſt cognita ꝑ aſſimi
latiōnē q̄ eſt in ītellectu. ſic ğ accipiēdo aſſilatiōnē
large hec eſt ṽitas aſſilatio ītellect⁹ ad rē: qr res eſt
cognita vt eſt in ītellectu: ⁊ res erit ṽa per illud qd̄
eſt in intellectu: nō per illud qd̄ eſt in ſeip̄a non per
ſeip̄a3: meminimus.n. aſſignaſſe nos cām̄ q̄re ṽitas
eſt in ītellcū: ⁊ nō in reb⁹: eo φ veritas eſt in quadā
adequatiōe: ⁊ qr ītellectus nr̄ depēdet a reb⁹: ſicut
ſcia depēdet a ſcibili: ⁊ qr adeq̄tio q̄dā relōnē īpor
tat: ſic ſcibile refert̄ ad ſcia3 nō ꝑ relōnē q̄ ſit ī ipſo:
ſ3 ꝑ relōnē q̄ eſt in ſcia. Sic res adeq̄tur ītellectui
nr̄o nō ꝑ adeq̄tiōez q̄ eſt in reb⁹: ſ3 ꝑ adeq̄tionē q̄ ē
in ītellectu. Res.n. ꝑexiſtūt: ⁊ intellect⁹ imitat̄ eas
⁊ adequat̄ ipſis: imitatio ğ ⁊ adeq̄tio eſt in ipſo ītel
lectu: intellect⁹ ğ noſter adequat̄ reb⁹ per adequa
tionē que eſt in ītellectu. Si aūt res ip̄e dicunt̄ ade
quate ītellectui: hoc nō eſt: qr ip̄e res adequētur: ſ3
qr ītellect⁹ adequat̄. Et qr adeq̄tio eſt in ip̄o ītelle
ctu. Ueritas aūt q̄ adequationē3 īportat dicebam⁹
φ eēt in ītellcū. S3 h rō l3 ṽa ſit ꝑticularis ē: vide
tur aūt rō tacta vlis eē: ⁊ qr apud ītellcm̄ diuinū: an
gelicū ⁊ nr̄m. ꝑ ſe loquēdo res nō eſt cognita ꝑ aſſi
milationē q̄ eſt in ipſa: ſ3 ꝑ aſſilationē que eſt in in
tellectu. Sufficit φ res ſit apud intellcm̄: ⁊ φ hēat
aſſilationē ad ītellectu3: ad hoc φ ſit vera. Et φ ſit
obm̄ intellect⁹: qd̄ nō eēt niſi veritas formalr̄ eſſet
in ipſo ītellectu. Opꝫ tñ vt dicebamus hanc aſſimi
lationē eē in ītellectu: ſm̄ quē ſumit̄ rō ṽitatis: īni
ti ordini ṽo nō ficto. Eſt aūt ordo verus vt diceba
tur aſſilatōis ad rē: vel qñ ex aſſilatiōe. ſiue ex ſili
tudine illa eſt apta nata cāri res: vel qñ eſt apta na
ta cāri a re: vl̄ quādo ambo ſunt apta nata cāri a 3°.
ℂ Uiſo φ ṽitas eſt in ītellcū volum⁹ dare modu3
quõ in intellcū exiſtat. Dicemus.n. φ ṽitas q̄ oppo
nit̄ falſitati exiſtit in intellcū ↄponēte: ⁊ diuidēte.
Nā l3 res dicat̄ vera: ex eo φ eſt ob3 ītellcūs: ⁊ ob3
ſit intellect⁹ ſm̄ aſſimilationē quā hꝫ in ip̄o: tali tñ
veritati nō ꝓꝑie opponit̄ falſitas niſi forte in iudi
cando. Circa.n. intellectū ſimpliciū nō eſt veritas:
que opponit̄ falſitati. In ītellectu aūt cōponente ⁊
diuidente eſt ṽitas falſitaſqꝫ. i. eſt ṽitas q̄ opponit̄
falſitati. Si.n. ſm̄ ſimplicē aſſilationē volum⁹ acci
pere rōnē ṽitatis: non accipiet̄ ṽitas vt falſitati op
ponit̄. In ītellcū.n. ſimpliciū: vl̄ eſt ſimplr̄ ṽitas. i.
ſimplr̄ aſſimilatio: Uel ſi eſt veritas ⁊ falſitas: hoc
eſt ꝓut in ipſo intellectu eſt aliq̄s compoſitiōis mo
dus. Nā ipſas q̄ditates ſimplices nō intelligimus
oīno modo ſimplici: ſed intelligimus eas formādo
diffinitionē. Sed cum diffinitio ſit ſermo hñs par
tes: ⁊ ſit aliqd competēs diffinito: Dupliciter pote
rit eſſe falſitas in diffinitione: vel qr partes diffini
tionis nō recte componimus: vel qr diffinitionem
ſuo diffinito non debite adaptamus. in ipſo ğ intel
lectu ſimpliciū eſt aliquis modus veritatis. cū ve
rum ſit obiectu3 intellectus: ⁊ cū res dicat̄ vera: ex
eo φ eſt apta nata ab intellectu cognoſci. hꝫ tamē
veritas nō eſt in ipſis rebus: ſed in intellectu: quia
res nō ſunt obiectum intellectus vt ſunt in ſeipſis:
ſed vt ſunt in intellectu. Huiuſmodi etia3 veritas
nō habet ꝓꝑie oppoſitā falſitate3. Falſitas aute3
⁊ veritas oppoſita falſitati ſunt circa cōpoſitione3
⁊ diuiſionem. In intellectu aūt ſimpliciū nō eſt fal
ſitas: nec veritas que opponitur falſitati: niſi ꝓut
eſt ibi aliquis alius compoſitiōis modus. accipien
do ergo veritatem generaliter prout dicuntur res
vere vt ſunt ab intellectu cognite ſiue ſit talis co
gnitio ſimpliciter: ſiue compoſita: veritas eſt in in
tellectu ſimpliciter: non in rebus. ℂ Accipiendo
autem veritatem magis ſpecialiter ſecundum φ

Ob ibi qd̄ cōſi
derari vi3 rōnū
ſubtilitas: appareret
φ dicere ṽitate3
eſſe obm̄ intellc̄s
⁊ eſſe ab intellcū
poſſit altero mō
intelligi: vl̄ φ nō
ſit ꝓꝑie ⁊ cālr̄
ab ītellcū: ſ3 ma
nifeſtatiue tm̄:
aut qr tandē in
ipſo intellectu vl
timatā ⁊ forma
liſſima3 accipiat
inuētionē. Si al
tero iſtor̄ modo
rū intelligūt ſug
cū eis: nec ꝓſicut
cū ſuis rōnibus
Scot⁹. lege tho
mā egregie. pri
ma. q. de ṽitate
⁊ doctore3. ꝑmo
ſententiar̄. d. 19.
qd̄. 10. ⁊ tibi ſuffi
cit cum hoc mo
dico qd̄ innui ti
bi: ⁊ ſine hoc ē
nim labor āt nō
nulli ō iſta ſecta.

Hoc docet do
ctor maxime ſug
lib. poſteriorum
analeticor̄ ad ꝓe
cipium.

habet falſitatē oppoſitā qḋ nō ꝯpetit ꝑ ſe itellectui
ſimpliciū:qꝛ hꝯ itellectus per ſe loquēdo ſemꝑ eſt
verus. talis.n.veritas eſt in intellectu formalr nō
in reb⁹ niſi ſicut in cauſa:qḋ ſic declaraꝛ. Imagina
Tex.cōmē.21. bimur.n.vt imaginaꝛ phs in 3°de anīa:ꝙ res apud
intellectū ſunt ſicut erāt mēbra aīalis apud empe-
doclē. Poſuit.n.empedocles ꝙ a ꝑncipio membra
aīalis erāt diuiſa:ꝛ nō ſolū aīalis mēbra: ſꝫ ꝛ rami
arborū. vt erat caput ſine collo ſiue ſine ceruice:ꝛ
erat crus ſiue collū ſine ſpatulis:ꝛ ſic de membris
ſingulis:hoc ēt mō ꝛ rami arboꝝ diuiſi erāt:ſuperue
nit aūt amicitia:ꝛ hec diuiſa ꝯiunxit. Et quedā cō-
iūxit recte:quedā nō recte:que aūt ꝯiunxit recte fe
cit īde verū aīal ꝛ ſaluatū eſt. aliqā aūt ꝯiūxit non
recte. vt ꝯiunxit caput bouis cū collo eq̄:vel cū ra-
mo arboris:ꝛ tūc tale aīal ſaluari nō potuit. Hoc ḡ
mō ꝛ apud itellectū res hꝫt eſſe diuiſaꝫ: ſed intelle
ctus cōponit ꝛ diuidit ꝛ hoc facit recte:ꝛ non recte.
qū ḡ ſic ꝯiungit faciēdo ꝑpōnē affirmatiuā:vel qū
ſic diuidit faciēdo ꝑpoſitionē negatiuā:ſm ꝙ ſunt
in re ꝯiuncta vel diuiſa:dr̄ facere ꝑpoſitionē verā.
qū ecōtrario falſaꝫ. hoc ḡ mō falſitas ꝛ veritas op-
poſita falſitati nō pōt eſſe in rebus:qꝛ opꝫ ꝙ in itel
lectu ſint cōpoſita:vt ſunt cōpoſita in re. ꝛ ſint diui
ſa vt ſunt diuiſa in re. nō ḡ erit ibi falſitas nec veri
tas oppoſita falſitati:ſed in intellectu cōponente ꝛ
diuidēte:qꝛ pōt ꝯiungere que ſunt in re cōiuncta:ꝛ
que nō ſunt ꝯiūcta:ꝛ qꝛ pōt diuidere que ſunt in re
diuiſa:ꝛ que nō ſunt diuiſa. ideo in talibus pōt eſſe
falſitas ꝛ veritas oppoſita falſitati. Qualitercūqꝫ
ergo accipiaꝛ veritas:ſiue gn̄aliter ꝑut quodlibet
dr̄ verū ꝑut eſt ab intellectu cognitū. ſiue ſpāliter
vt hꝫ falſitatē oppoſitā:ꝛ vt nō hꝫ eē niſi in cōpoſi-
tiōe ꝛ diuiſiōe. ſemꝑ vitas formalr eſt in itellectu:
ꝛ nō in reb⁹ vt per anᷓcedētia eſt declatū. ¶ Oſten
ſo ꝙ vitas eſt itellectu ꝛ quō eſt in intellectu:volu-
mus oſidere quō veritas ſit in reb⁹. dicemus autē
ꝙ vitas ſit in reb⁹ tripl̄r. Primo ſm aliā ſignifica-
tionē. 2°.ſm trāſumptionē. 3°.ſm cām. Pōt.n.ve
ritas eē in reb⁹ ſcḋm ſignificationē aliā. dcm̄ eſt.n.
ꝙ ꝑ tāto aliqḋ dr̄ eē verū ꝑut eſt obꝫm intellect⁹:ꝛ
ꝑut eſt aptū natū ab itellectu cognoſci:ſcḋm quē
modū nō opꝫ rē eē in ſeipſa:ſꝫ eē apud itellectū:ſꝫ
pōt accipi vitas ſcḋm ſignificationē aliā. vt idē ſit
vitas qḋ puritas:vl idē ſit vitas qḋ firmitas vl ſta-
bilitas:ſm quē modū dr̄ aurū verū qū eſt purū: ꝛ
nō mixtū. ꝛ dicunꝛ bona vba:qū ſunt firma ꝛ ſtabi
lia. Sic ḡ accipiēdo vitatē ꝑut opponiꝛ mixtioni:
ꝛ ꝑut eſt q̄dā puritas. vel accipiēdo vitatē ꝑut op-
poniꝛ vanitati:vel mutabilitati:ꝛ ꝑut eſt quedam
firmitas vel ſtabilitas: vel accipiēdo vitatē ſꝫ ali-
quā aliā hꝯ ſignificationē vitas eſt in reb⁹. Sed ſe
cundū ſignificationē ſupi⁹ poſitā ſm ꝙ verū ē ob-
iectū itellect⁹:qꝛ res eſt cognita vt eſt in cognoſcē-
te. res dr̄ vā per vitatē q̄ eſt in itellectu. Ualet enī.
hoc eſt obiectū itellectus. ḡ ſm ꝙ hꝯ dicit aliqḋ in
itellectu. Nō aūt valet. ḡ eſt aliqḋ in ſe. Intelligen
do.n.balneū erit balneū aliqḋ in itellectu: nō autē
erit aliqḋ in ſe:qꝛ poſſū itelligere balneū:ꝛ ꝑprie-
tates balnei: ꝛ q̄cq̄d ſpectat ad nāꝫ balnei vt ſupra
dicebaꝛ nullo balneo exiſte. ¶ Scḋo pt eē vitas i
reb⁹ ſcḋm q̄dā trāſumptionē. Nā accipe vitatē ꝑ
puritate:vel ſtabilitate eſt accipe vitatē ſꝫ ſignifi-
cationē aliā a ſignificatōe ſupi⁹ poſita. Pōt tn̄ a ſi-
gnificatiōe ſupi⁹ poſita fieri q̄dā trāſumptio:ſcḋm
quē modū accipieꝛ vitas ꝑut locuti ſūmus ſupra
de veritate ſm ꝙ ꝯſiſtit in q̄dā adequatiōe rerū:ꝛ
itellcꝰ. Pōt aūt adhuc fieri q̄dā trāſumptio vt di
caꝛ vitas ſcḋm ꝙ ꝯſiſtit in q̄dā adequatōe nō reꝝ
ad itellectū:ſed ad aliqḋ aliud. vtputa ad ſua ꝑnci-
pia. vt dicaꝛ verū aurū:qū adequaꝛ ꝑncipijs auri.
hoc etiaꝫ ſcḋo mō dici poterit vitatē eſſe in rebus.
¶ Tertio mō pōt dici vitas eē in reb⁹ ſcḋm cāꝫ: ſe
cundū ꝙ dicim⁹ cibū aliquē eē ſanū:nō ꝙ aliqḋ de
ſanitate formalr ſit in cibo:ſꝫ eſt in eo ſcḋm cāꝫ. vt
qꝛ eſt apt⁹ nat⁹ ſanitatē cāre:nō eſt ḡ ſanū formalr
niſi aīal:ꝛ cū cib⁹ dr̄ ſan⁹:hoc eſt cāliter. Ab eadē ḡ
ſanitate dr̄ aīal ſanū:ꝛ cib⁹ ſan⁹. Anīal qdē ꝑut hꝫ
vel eſt aptū natū ipſaꝫ hr̄e formalr. Cib⁹ vo ꝑut il-
lā ſanitatē efficit:vel eſt aptus nat⁹ efficere cāliter.
Sic ab eadē vitate diceꝛ res vā:ꝛ intellcꝰs verus.
vt ſi dr̄ vitas q̄dā aſſimilatio ad res: vel q̄dā adeq̄
tio. Intellect⁹ diceꝛ verus:eo ꝙ hꝫ in ſe illā aſſimi
lationē:ꝛ illā adequatōeꝫ formalr. res aūt diceꝛ ve
ra:qꝛ hꝫ illā aſſilatiōnē:vel adeq̄tionē efficere cāli
ter. ſm hoc ḡ poterit dici res falſa: qū eſt apta nata
facere aſſimilationeꝫ nō ad illud qḋ eſt:ſꝫ ad id qḋ
nō eſt: ſicut videm⁹ de ere qḋ felle taurino tinctū
vr̄ eē aurū. Erit ḡ illud es ſic tinctū falſū aurū. Qꝛ
facit in itellcꝰ aſſimilationē de eo:qḋ nō eſt. Facit
.n. ipreſſionē in nobis:ac ſi eēt aurū:cū tn̄ nō ſit au-
rū. Aſſimilatio ḡ itellect⁹ ad rē: vel adeq̄tio in quo
formalr ꝯſiſtit vitas per ſe loquēdo eſt aliqḋ in in-
tellectu:nō aūt in re niſi forte cāliter: qꝛ res ē apta
nata hoc cāre. vel talis aſſimilatio ſi nō reſpicit rē
ſcḋm cām:reſpicit eā ſcḋm repreſentationem: vt qꝛ
res eſt apta nata ſic repreſentari.

Ad primum dcm̄ ꝙ idē eſt veritas ꝛ enti
taſ rei:ſꝫ nō ſcḋm eādē rōnē:
qꝛ nā rei eſt q̄dā entitas ſcḋm ſe: ſꝫ eſt quedā vitas
vt cōparaꝛ ad itellectū. Et vt eſt obiectū eius:ſcḋꝫ
quē modū nō opꝫ ꝙ ſit aliqḋ in ſe:ſed aliqḋ in itel
lectu. Eadē ḡ nā rei que eſt i ſe entitas formaliter:
ꝑut cōparaꝛ ad intellectū pōt eē vitas cāliter. Ea
dē ḡ nā pōt dici entitas ꝛ vitas vnū formalr. aliud
cāliter. ſꝫ ex hoc nō hr̄ ꝙ veritas ſit in rebus niſi ſi-
cut in cā. ¶ Ad 2ᵐ dcm̄ ꝙ cū veritas ſit in itellcꝰ
entitas ꝛ bonitas in reb⁹: hoc nō ē nec rōne medij:
nec rōne extremitatis. Qꝛ.n.ꝑus intelligaꝛ in re eē
entitas q̄ꝫ veritas:ꝛ vitas q̄ꝫ bonitas nihil facit ad
ꝑpoſitū:ſed illud qḋ ſignificaꝛ noīe entitatis: vel
bonitatis vel vitatis eſt in ꝑpoſito attēdēdū. No-
mine aūt vitatis ſignificaꝛ quedā aſſilatio: vel ade
quatio q̄ formalr eſt in itellectu:ſcḋm cām aūt pōt
eē vitas in reb⁹ vel ſcḋꝫ aliquē aliū modū. Dicim⁹
aūt ſcḋm aliquē aliū modū ꝑꝑ itellcꝰ dīnū ꝛ ange
licū:quoꝝ ſcīa nō cāꝰ a reb⁹ formalr. ḡ vitas non
eſt niſi in itellectu:ſicut ſanitas formalr nō eſt niſi
in aīali:ſꝫ cāliter:vel tāq̄ꝫ in ſigno vel ſcḋm aliquē
alium modū pōt eē in alijs. Qō. VIII.

SEcundo querebaꝛ de omni ſub-
ſtātia. vtrum imediate
poſſꝫ fundari in ſuba relatio realis: que
eſt in predicamento relationis. ꝛ argue-
batur ꝙ ſic. nam vt dicebat:vna ſubſtā-
tia creata ordinaꝛ ad aliam: ꝛ totum ordinatur ad
deum:ꝛ ſi nullus intellectus eſſet:hoc eſſet. igiꝛ ſe-
cundū rei veritatē pōt fundari ꝛ fundaꝛ relatio in
ipſa ſuba. ¶ P.nō eſt maioris dignitatis ſubſtātia
creata:q̄ꝫ increata:ſꝫ in ipſa ſuba dīna fundaꝛ rela-

tio: vt ex eo ꝙ filius accipit nāž a pr̄e eſt in eo filiatio. in ipſa ḡ nā diua vt eſt cōicata filio per gnōnē3 h3 eſſe relatio. multo ḡ magis hoc erit in ipſa ſuba creata. ¶ P̄. in deo ſunt duo p̄dicamenta ſuba: ꝛ relatio: ita ꝙ ꝑmanet ibi relatio ſm ſe. qḋ nō poſſ3 eē niſi relō fundaret̄ imediate in ipſa diua ſuba. multo ḡ magis hoc eē poterit in creaturis.

In contrarium eſt: q2 illa relatio fundata ſic eēt ſuba vel accidēs. nō eēt ſuba cū ſuba nō ſit ad aliqd: nec eēt accidēs: q2 relatio nō eſt accidēs niſi rōne fundamenti. igit̄ ſi eēt dare aliq̄ʒ talē relationē3 in creaturis: eēt dare aliqḋ mediū īter ſubam ꝛ accn̄s.

Reſpondeo dōm ꝙ in hac q̄ōne ſic ꝓcedemus: q2 p̄mo aſſignabimus diſtinctiōes que fiūt de relatōe: ꝛ declarabim⁹ q̄uo ille diſtinctiōes ſe hn̄t ad alia p̄dicamēta. 2° cōparabimus h̄s diſtinctōes adiuicē. 3° deſcēdem⁹ ad q̄ōnē vt3 poſſit relatio imediate fundari in ip̄a ſuba. ¶ Propter p̄ᵐ ſciēdū ꝙ de relatōe cōiter fiūt due

Habet̄ in p̄ſtis. diſtinctiōes. q̄rū vna eſt ꝙ q̄dā ſunt relatiua ſ3 eē: q̄dā aūt ſm dici. Dicunt̄ aūt relatiua ſm eē que ſ3 id ꝙ ſunt ꝑtinēt ad p̄dicamētū relatiōis. Sed alia dn̄r relatiua ſcd̄m dici: que ſm id ꝙ ſunt ꝑtinēt ad alia p̄dicamēta. hn̄t tn̄ ip̄a in ſe quendā modū relatiuū. ſicut ſcia eſt relatiuū ſm dici. q2 ipſa ſm ſe ꝑtinet ad p̄dicamētū q̄litatis: cū ſit habit⁹ q̄da3. h3 tn̄ quēdā modū relatiuū: q2 h3 quādā depēdētiā: ꝛ reſpectū ad ſcibile. ¶ Scd̄a diſtictio eſt ꝙ q̄dā ſunt

5. metaphyſice. Tex. comen. 20. relatiua ſm rē: quedā ſm rōnē. Na3 aliq̄ referunt̄ ad alia: q2 realr̄ depēdēt ab illis. ſicut ſcia nr̄a refertur ad ſcibile: q2 realr̄ depēdet ab ip̄o: ꝛ talia ſūt relatiua ſm rē. Aliqd aūt refert̄ ad aliud: nō q2 ipſu3 in ſe referat̄: vel ꝙ ip̄3 ab illo depēdeat: ſ3 q2 aliud refert̄ ad ip̄m ꝛ dependet ab eo: ſicut ſcibile refert̄ ad ſciam: nō ꝑ relationē: vel ꝑ depēdētiā que ſit in ſcibili: ſed per relationē que eſt in ſcia. Scibile ḡ refert̄ ad ſciam: q2 ſcia refert̄ ad ip̄m: ꝛ tales ſunt oēs relatiōes dei ad creaturā. Cuiuſmodi ſunt relōnes tēporales: q2 nihil ex t̄pe pōt dici de deo ſm re3. ſūt .n. tales relōnes ſm rōnē. Nā nō poſſum⁹ intelligere ꝙ ſcia referat̄ ad ſcibile: niſi ītelligam⁹ ꝙ ꝛ ſcibile referat̄ ad ſcia3. Propter relōnē ḡ que eſt in ſcia ſm rē: eſt relatio in ſcibili ſm rōnē: ꝛ ſm modū ītelligēdi. He aūt due diſtinctiōes ſic ꝯparant̄ ad alia p̄dicamēta: ꝙ p̄ma diſtictio nō ſolū locū h3 in relatiōe: ſ3 ēt in p̄dicamētis alijs. Nā ſicut diſtinguim⁹ ꝙ eſt relatio ſm eē: ꝛ ſm dici. ſic diſtinguere poſſumus ꝙ eſt ſuba ſm eē ꝛ ſm dici. Dicit̄ .n. ſuba ſcd̄3 eē: q2 ſm illud qḋ eſt ꝑtinet ad p̄dicam̄tū ſube. ſubſtātia aūt ſ3 dici dr̄ illud qḋ h3 quēdā modū ſube: ſicut ip̄a q̄litas vel ip̄m accn̄s in abſtracto ſignatū: eſt ſuba ſm dici: q2 ſic acceptū h3 quendā modum

Tex. cōmen. 15. ſube. iō in 5° metaph̄. dr̄: vbi diſtinguunt̄ multi modi ſube: ꝙ ſuba dr̄ qḋ ſignificat qd in oīb⁹ reb⁹. Ip̄a ergo eēntia ꝛ ip̄a q̄litas cuiuſlibet rei pōt dici q̄dā ſuba: ſ3 ꝯſiderare rē aliquā ſm illud qḋ eſt: ꝛ ſ3 ſuā eēntiā eſt ꝯſiderare ipſa3 ſm ſe: ꝛ ſm abſtractionē. Albū ḡ dicit accn̄s: ꝛ ſ3 rē. q2 ip̄a res quā ſignat albū ē accn̄s: ꝛ ſ3 vocē ſiue ſm modū ſignandi: q2 albū ſignat ꝯcretionē. Albedo aūt ē accn̄s ſ3 id qḋ ē: tn̄ ſm modū ſignificandi: q2 ſignificat vt aliqd ſm ſe h3 quēdā modū ſubſtātie. Ipſu3 ḡ accidēs ſigni-

De his diligētiſſime auctores modoꝝ ſignificā ficatu3 vt eſſentia: ꝛ in abſtractiōe eſt ſubſtātia ſm dici: ꝛ h3 quēdā modū ſube ſm quē modū ſuba dicit eēntiā cuiuſlibet rei. ſicut ēt poſſemus diſtiguere ꝙ eſt qualitas ſm eſſe ꝛ ſm dici. Qualitas .n. ſm eē eſt in p̄dicamēto q̄litatis. Sed q̄litas ſ3 dici eſt illud qḋ eſt in alijs p̄dicamētis. Het tn̄ quēdā modū q̄litatiuū. hoc .n. mō oīa vl̄ia ēt extrīa in p̄dicamēto ſube ſignificāt q̄le qd: ſm quē modu3 loquit̄ ph̄s in p̄dicamentis. ꝙ ſcd̄e ſube vident̄ hoc aliqd ſignificare: ſ3 ſignificāt q̄le qd. i. ſignificant qd per modū q̄lē: q2 ſignificant qd vt in alio. nō vt ꝑ ſe extiſtēs. Hoc ēt mō loquit̄ ipſe in .7. metaph̄. vbi vult ꝙ nullū vl̄e ſit ſuba: q2 nullū vl̄e eſt per ſe extn̄s. Albedo ḡ ꝛ nigredo ꝛ talia q̄ ſunt in p̄dicamēto q̄litatis ſunt q̄litates ſm eē. Scd̄e vo ſube q̄ ſ3 illud qḋ ſunt: ſunt in p̄dicamēto ſube: tn̄ q2 hn̄t quēdam modū q̄litatiuū: q2 ſignificāt vt aliqd in alio: nō vt aliqd ꝑ ſe extn̄s ſunt q̄litates ſm dici. ¶ Aduertēdu3 tn̄ ꝙ l3 oē accn̄s ſit aliqd in alio: tn̄ q2 non ſunt niſi tria p̄dicamēta ſignificātia rē aliq̄ʒ abſolute ſm ſe ſignificare vt aliqd in alio hoc cōpetet q̄ntitati: vel q̄litati. Nā ſuba ſignificat aliqd ꝑ ſe. relatio ſignificat ip̄m ordinē. alia ſex p̄dicamēta de quib⁹ agit̄ in ſex p̄ncipijs: ſignificāt rē in ordine ad aliud extrinſecū. Significare rē vt in alio: vt in ſubo competit q̄ntitati: ꝛ q̄litati. Scd̄e ḡ ſube: q2 nō dicunt aliqd ꝑ ſe extn̄s: ſed dicūt aliqd in alio: Iſte modus ſignificandi: vel erit q̄ntitatiu⁹: vel q̄litatiu⁹: nō aūt d3 dici modus q̄ntitatiu⁹: q2 hoc eſt ſignificare ſ3 eq̄litate3 vel ſm extēſionē. iō dr̄ eē modus q̄litatiuus: ꝛ dn̄r talia ſignificare q̄le qd. i. qd per modū q̄le3. ſic ꝛ de q̄ntitate poſſem⁹ diſtinguere: q2 eſt q̄ntitas ſm eē: vt illa q̄ eſt in p̄dicamento q̄ntitatis: ꝛ eſt q̄ntitas ſm dici vt id qḋ eſt in alio p̄dicamēto. h3 tn̄ quēdā modū q̄ntitatiuū. Hoc mō v̄tutes ſunt q̄ntitates ſecundū dici: q2 ſm ſe ſunt in p̄dicam̄to q̄litatis: hn̄t tn̄ quēdā modū q̄ntitatiuū: ſ3 ꝙ dicim⁹ ꝙ tāta virtus pōt in tātū obiectū. Illud ḡ qḋ eſt q̄litas: nō eſt ſuba: neq3 q̄ntitas: neq3 relatio ſm eē. Nō eſt tamē incōueniēs ꝙ ſit oīa iſta ſm dici. potētia tn̄ eſt q̄litas ſm eē: tn̄ vt ſignificat̄ in abſtractōe eſt ſuba ſecundū dici. vt dicit reſpcm̄ ad obiectu3 eſt relatio ſm dici. vt īportat cōmēſurationē quādā reſpectu obiecti: vt q2 tāta potētia in tātū obiectū eſt quātitas ſm dici. Diſtinguere ḡ ꝙ aliqd ē tale ſm eē: aliqd ſm dici cōpetit alijs p̄dicamētis a relatiōe. ſed ſcd̄a diſtinctio ꝙ aliqd eſt tale ſm rē: aliqd ſcd̄3 rationē ſoli relōni vr̄ eē ꝓp̄a. Nā vt ſupra dixim⁹ p̄dicamēta vel ſignificāt rē: ꝛ ſic ſunt tria p̄dicamēta: ſuba: q̄ntitas: ꝛ q̄litas. Uel ſignificāt ip̄m ordinē: ꝛ ſic eſt ip̄a relatio. Uel ſignificāt rē ſub ordine: ꝛ ſic ſunt illa ſex p̄dicamēta de qb⁹ agit̄ in ſex p̄ncipijs. Q2 ḡ oīa nouē p̄dicamēta alia a relatiōe: vel ſignificāt rē ſcd̄m ſe: vel rē ſub ordine. Nō p̄nt eſſe talis ſcd̄m rōnē eo ꝙ ipſa3 rem includāt. Sola aūt relatio que dicit ipſu3 ordinē pōt eſſe quid rationis tn̄. ¶ Uiſo que diſtinctiones de relatiōe fiunt: ꝛ q̄uo diſtinctiones ille comparātur ad alia p̄dicamenta volumus iſtas diſtinctiones adinuicē comparare. Crediderūt eni3 aliqui ꝙ vna illarū diſtinctionū īcideret in aliā: ꝛ ꝙ vna diſtinctio eēt ide3 qḋ alia. vt ꝙ idē eſſet eſſe relatiuu3 ſcd̄m rem: ꝛ ſcd̄m eſſe. Etiā idē eſſet relatiuū ſcd̄m rōne3: ꝛ ſcd̄m dici. S3 membra harū diſtinctionū ſe habēt ſicut excedentia ꝛ exceſſa. Relatiuum eni3 ſcd̄m rem pōt eſſe ſecundu3 eſſe: ꝛ ſcd̄m dici. Et relatiuum ſcd̄m rōnem poteſt eſſe ſm eſſe ꝛ ſm dici: ꝛ quodlib3 membro-

Di: ꝛ vn⁹ omnium Scot⁹ in libello de iſtis modis ꝛ in vlibus ſepe.

Ordinem ꝛ gradus ſignificādi q̄le quid docuiſſimus exponit Albert⁹ in vlibus. cap. 6 gn̄e penl̄. Tex. cōmē. 46.

rum alteri⁹ diſtinctiōis ſic ſe hȝ ad aliā diſtinctiones. Nā tā relatiuū ſm eē: ꝗ̄ ſȝ dici pōt eē ſm rē: ⁊ ſm rōnē. Scīa.n.⁊ ſcibile ſunt relatiua ſm dici: cū ſint in alijs ꝑdicamētis a relatiōe. Sciētia.n.eſt in ꝑdicamēto q̄litatis. Scibile aūt eē pōt in quolibȝ ꝑdicamēto. Utrūqȝ ḡ tā ſcibile ꝗ̄ ſcīa eſt relatiuū ſm dici. vnū tñ eſt relatiuū ſm rē: aliud aūt ſm rationē: ſicut ēt relatiuū ſȝ eē pōt eē ſm rē: ⁊ rōnē. nā dñs ⁊ ſeru⁹ ſunt relatiua ſm eē: q̄ ſunt in ꝑdicamēto relatiōis. Attñ dñs īportat relationē ſm rōnē: ſeru⁹ vo ſȝ rē. ¶ Poſitis ⁊ decl'atis diſtinctiōib⁹ q̄ fiūt de relatiōe. reſtat ad q̄ōnē deſcēdere. Cū ḡ q̄ritur vtꝝ in ipſa ſuba creata īmediate poſſit fundari relatio. Dicemus φ eſt relatio ſm eē: ⁊ ſm dici. Suba aūt pōt eē relatiuū ſȝ dici: ⁊ pōt in ea fundari relō ſm dici: nō aūt ſȝ eē: qḋ pȝ per phȝ in ꝑdicamētis ḡ cū ꝓmo diffiniſſet relatiua ſm dici dicens φ ad aliquid talia dicunt̄ quecūqȝ hoc ipm φ ſunt aliorum dicuntur. poſtea ait φ ſecundū diffinitionē datā cogimur dicere aliq̄s ſubaȝ eē ad aliqd. Jō corrigit diffinitionē ꝓmā dans diffinitionē de relatiuis ſm eē. Dicēs φ relatiua ſȝ eē ſunt: nō q̄ ſic dicunt̄: ſȝ q̄ eoꝝ eē eſt ad aliud ſe hr̄e: ſm hāc aūt diffinitionē vt ipſe innuit nulla ſuba eſt ad aliqd. plane ḡ vult φ ſuba poſſit eē relatiuū ſm dici. Nō aūt ſm eſſe. hoc aūt ſic decl'at̄. Nā vt pȝ ꝑ habita illud eſt relatiuū ſm eē: qḋ eſt in ꝑdicamēto relōnis. predicamētū aūt relatiōis eſt vnū de nonē ꝑdicamentis accn̄talib⁹. Relatio aūt nō hȝ φ ſit accn̄s: ex eo φ relatio: q̄ tunc nō eēt in diuīs cū in deo nihil ſit per accn̄s. vt vult Auguſti. in. 5. de trini. Erit ḡ relatio accn̄s rōne fundamēti: vt q̄ fundat̄ in accn̄te. nulla in creaturis ḡ erit relō ſm eē niſi ſit fundata in accn̄te. ſiqͣ aūt reſpect⁹ fundat̄ in ipa ſuba ptinebit ad relōnē ſm dici. Nec valet ſi dicat̄ φ ſuba realr̄ hȝ ordinē ad aliquid: q̄ eē relatiuū ſm rē: nō eſt eē relatiuū ſm eē. Nā ⁊ ſcīa dr̄ relatiuū ſm rē: ⁊ tñ eſt relatiuū ſm dici. diffuſi⁹ ḡ tractauimus illas duas diſtinctiōes de relatiuis datas: q̄ in hoc fundabat q̄ōnis difficultas. Nā ꝑ has diſtinctiōes pȝ φ ſi in ſuba poſſet fundari reſpcūs realis φ poſſet eē in ea relatio ſm eē: qḋ pȝ eē falſuȝ. Q̄ relatio ſȝ eē vt de ea locuti ſūt phi cū ptineat ad ꝑdicam̄ſituȝ accn̄tis ſemꝑ hēbit ꝓ fundamento aliqḋ accn̄s: ꝑꝑ qḋ talis relatio īmediate in ſuba fundari nō pōt.

Vult tandem φ ſuba de ſe non ſit quiditatiue relatiua: aut in predicamēto relatiōis ⁊ q̄s hoc aſſereret? ſi alia intentiōe negat. neget ipſe: dependētia enī fundatur in omi creatura ad deū: itē idētitas ſubſtātialis fundatur in ſuba: ⁊ reſpectus partis ⁊ de ſimilib⁹ multis vt noſti.

Ad primum dōȝ φ q̄ntūcūqȝ ſm rei vītateȝ poſſit fundari aliqs ordo: ⁊ aliqs reſpcūs in ipa ſuba. ex tali tñ reſpcū nō accipietur relō ſm eſſe: q̄ nō poterit talis relō ptinere ad ꝑdicamētū accn̄tis. ¶ Ad 2ᵐ dōȝ φ duo ꝑdicamēta q̄ ſunt in diuīs nō ſunt eiuſdē rōnis cū iſtis ꝑdicamentis. Relatio.n. que eſt in diuīs nō ptinet ad ꝑdicamentū accn̄tis: q̄ntūcūqȝ maneat ibi vt relatio. Propter qḋ nō valet ſi relō in diuīs pōt hr̄e ꝓ fundamēto ipſaȝ diuā eſſentiā: φ relatio in creaturis: loquendo de relatōe ſm eſſe: que ptinet ad ꝑdicamentū accidētis. poſſit īmediate fundari in ipſa ſubſtātia creata. ¶ Et per hoc pȝ ſolutio ad tertiū argumentum.

Queſtio. IX.

TErtio q̄rebat̄ de omni accidente. vtrū aliqḋ accn̄s poſſit eſſe in duobus ſubiꝭ: ⁊ arguebat̄ φ ſic. Quia ſi ex aq̄ fiat aer tantū de mā quātū erat ſub forma aque fiet ſub forma aeris: ſȝ mā nō hȝ φ ſit tāta: vel tāta niſi ꝑ q̄ntitatē: ⁊ ꝑ accidēs. ḡ illud accn̄s qḋ erat in aq̄ eſt poſtea in aere.

In contrarium eſt: q̄ tale accidēs vel remaneret q̄ntūȝ ad eſſe: ⁊ tūc forma ſubalis adueniret enti in actu: vel remaneret ſolū q̄ntū ad eēntiā: ⁊ accipet aliud ⁊ aliud eē in alio ⁊ alio ſubiecto: ⁊ tūc accn̄s vt dicebatur migraret a ſubiecto in ſubiectū: qḋ eſt icōueniēs.

Reſpōdeo dōȝ φ iſta q̄ō aliud proponit: ⁊ aliud q̄rit. ꝓponit aūt vtrū accidēs poſſit eē in diuerſis ſubiꝭ. q̄rit aūt qūo dimenſiōes indeterminate: vel qūo q̄ntitas māe poſſit eſſe eadē per eſſentiā in re gnāta: q̄ fuit in re corrupta. Et vt ſatiſfaciamus tā queſito: ꝗ̄ ꝓpoſito. Dicem⁹ φ triplici rōne venari poſſumus φ vnū ⁊ idē accidēs nō pōt eē in diuerſis ſubiꝭ. Accidēs.n. ad ſubſtantiā hȝ vnitatē. Dependētiā. Et hȝ per ipm limitationē. ex quolibet aūt iſtoꝝ decl'ari pōt φ vnum accn̄s nō poſſit eſſe in diuerſis ſubiꝭ. ¶ Prima rō ſumit̄ ex pte vnitatis. fit.n. vnū ex ſubto ⁊ accn̄te. ſicut ex potētia ⁊ actu. iō dr̄ in 2°. de aīa: φ nō opȝ q̄rere qūo ex figura cere: ⁊ cera fiat vnū. Eo.n. ipſo φ vnū ſe hȝ vt potētia: aliud vt act⁹: fit ex eis vnū. Et in. 12. metaph. dicit Cōmētator: φ corp⁹ calidum agēs in aliqḋ corpus nō īmittit calorē ab extra: ſed facit calidū in potentia: calidū in actu. Si ḡ accn̄s exn̄s in vno ſubo poſſit fieri in alio ſubo: nō educeret̄ de potētia illius ſubi: nec fieret illud ſubm potētia tale: actu tale: ſed vnū adaptaret̄ alteri. qōlibet ḡ ſe hr̄et vt aliqd in actu. ex duobus ḡ in actu fieret vnū: qḋ eſt icōueniēs. Eſſe.n. nō pōt nāliter φ accn̄s ꝑexiſtat ſubo ſuo: q̄ tūc qōlibet eēt aliud actu. Si ḡ vnū ꝯiūgeret̄ alteri oporteret dare aliqḋ mediū ꝯiungēs: Cū aliqḋ potentia tale: fit actu tale. Ut ſi potentia albū fit actu albū. Albedo illa antea nō ꝑexiſtebat ſuo ſubo. Q̄ tūc fuiſſet aliqd in actu: ⁊ ex ſubo ⁊ albedine fuiſſet factuȝ aliquod vnū tāq̄ȝ ex duob⁹ in actu. Si ḡ vnū accn̄s pōt eſſe in duob⁹ ſubiꝭ: vel hoc eſt ſil': vel ſucceſſiue. Sil' āt nō eſt intelligibile: φ vnū ⁊ idē accn̄s ſm numerū ſiml' ſit in diuerſis ſubiꝭ: q̄ qḋ ſil' eſt in diuerſis ſecundū numerū: ſm φ hꝰ opȝ φ diuerſificet̄ ſȝ numerū. Si aūt hoc fiat ſucceſſiue tūc actus ꝑexiſtit ſubo ſuo: q̄ exn̄s in vno ſubo poſtea eſt in alio ſubiecto. Fieret ḡ ex hꝰ accidēte ⁊ ſuo ſubo vnū tanq̄ȝ ex duobus in actu: qḋ eē nō pōt. ¶ Scḋo hoc ideȝ pȝ ex depēdentia quā hȝ accn̄s ad ſubm. nā vt tradit̄ in. 12. metaph. ꝑncipia vliuȝ ſunt vlia. pticulariū particularia. Ut gnāliter pr̄ eſt ꝑncipium filij: hic pater erit cauſa vel ꝑncipiū hui⁹ filij. Si ḡ gnāle accidēs dependet ex ſubto. ḡ hoc accidēs ex hoc ſubto: ⁊ ſi gnāle eſt φ accidēs nō eſt ens niſi entis: hoc accidens nō erit hoc ens niſi q̄ eſt h⁹ ſubiecti. Non erit ḡ hoc accidens hoc ens: niſi q̄ eſt in hoc ſubiecto. Si ḡ tollat̄ ab hoc ſubto tollet̄ ab eo ſua eēntia: remanere aūt hoc ens: ⁊ remanere idem numero abſqȝ hoc ſubiecto a quo hȝ φ ſit hoc eſt impoſſibile per naturā. ¶ Tertio hoc idē pȝ ex parte limitatiōis. Limitat̄.n. accidēs per ſubm ſuuȝ: vt nihil accidentis ſit extra ſubiectū: ſicut limitat̄ corpus per locū in quo eſt. vt nihil corporis ſit extra ſuū locum: aliter tamē ⁊ aliter. Quia accidens nō ſolum limitat̄ per ſubiectū: ſed etiā per hoc ſubiectum: vt ita determinetur ad ſuum ſubiectum: φ in alio ſubiecto eſſe non poſſit: ſed corpus licet nihil de eo ſit extra ſuum locum: poteſt tamen eſſe

Textu cōmē. 7.

Cōmē. 18.

Textu com. 27.

in alio:⁊ alio loco.ꝙ ḡ accidēs ſit in diuerſis ſubis vel ſil' vel ſucceſſiue repugnat vnitati quaꝫ hꝫ accidēs ad ſubm. Qꝛ nō poſſet tūc fieri vnū ex accidente ⁊ ſubo:niſi ſicut ex duobus in actu. Et repugnat depēdētie quā hꝫ ad ipꝫ:⁊ limitatiōi: quā hꝫ ꝑ ipꝫ. Limitaṫ.n.accñs determinate per ſuū ſubꝫ vt nāliter extra:vel pter illud ſubꝫ eē nō poſſit. Satiſfactū eſt ḡ ei qḋ qō ꝓponebat. ❡ Reſtat aūt ſatiſfacere ei qḋ qō querebat. videlꝫ de dimēſiōib⁹ determinatis ſicut de quātitate māe quo remanet eadē in re corrupta:⁊ gnāta:hoc autēꝫ ſoluit Auicēna in ſufficiētia ſua volens ꝙ accñs vel ſequiṫ ipm ꝯpoſitū ſm ſe:vel ſequiṫ ipm rōne forme: vel ſequitur ipſum rōne māe. Accñs aūt qḋ ſequiṫ ſubm ratiōe māe manet idem:qꝛ mā in re corrupta ⁊ gnāta pōt remanere eadē nūero ſm ipm in re corrupta: ⁊ generata. Vñ ait ꝙ cicatrix ⁊ nigredo ethiopis remaneret eadē nūero ēt ethiope viuo ⁊ mortuo:ſꝫ quicqd ſit de accñtib⁹ alijs de q̄titate māe ad quā non eſt mot⁹:⁊ que nunq̄ ſeꝑaṫ a mā: dubiū eſſe nō debet ꝙ remanet eadem numero.

Ecce oīno cōſenſ ſit nō fieri in generatione ⁊ corruptione reſolutionē vſq ad pmam materiā.

Ad argumentum aūt in ꝯriū ꝙ tunc accidēs migraret a ſubo in ſubm:vel ꝙ idē accñs eēt in duobus ſubis. Dici dꝫ ꝙ res corrupta:⁊ generata non ſunt aliud ⁊ aliud ſubm ſm mām. Jō in accidēte illo qḋ fundatur in ipa mā ⁊ qḋ ſequiṫ ipſaꝫ māꝫ nō eſt inconueniēs cōicare rē corruptā ⁊ gnātā. Sic.n.nō erit accidēs in duob⁹ ſubis: vt duo ſunt:⁊ vt differūt:ſꝫ vt vnū ſunt:⁊ vt ꝯueniūt. Sic ḡ pōt intelligi dcm̄ phi in de gnōne. Qꝛ q̄litas ſimbola manet eadeꝫ in re corrupta ⁊ gnāta.nā illa q̄litas ſimbola:vel ſequiṫ formā:vel mām.ſi formā qꝛ corruptū ⁊ gnātū non ꝯueniūt in aliq̄ forma nūero. nō poterit remanere talis q̄litas eadē nūero : ſꝫ poſſit remanere eadem ſpecie. Si vo ſequiṫ materiā: qꝛ manet mā eadem numero non eſt inconueniens ꝙ talis qualitas remanere poſſit etiam eadem numero.

2.lib.xx.c.25.

DEinde querebaṫ de ente creato in ſpāli. Ens aūt creatū diuiditur in ſubaꝫ ſpūalē ⁊ ſenſibilē. Querebatur ḡ circa itellectualē ſubaꝫ:⁊ circa ſenſibilē. Circa itellectualē vo erat qḋ vtrū idē i itellectualib⁹ ſubis poſſit eē ꝑfectio:⁊ ꝑfectibile. Circa ſenſibilē vo quedā querebanṫ ptinētia ad agētia nālia. Quedā ad res aīatas. Circa agētia nālia querebaṫ vnū ptinēs ad oē nāle agēs. Utrū aliqḋ agēs poſſit corrūpere vnā formā abſq eo ꝙ inducat aliā. Aliud q̄rebaṫ ſpāliter circa celū. vtꝝ poſſit eē aliqs hꝫ inferius effectus nālis ḡ ſit caſualis nō reductus in motū celi. Queſtio. X.

AD primum ſic procedebaṫ. arguebaṫ ꝙ i ſubſtātijs itellectualib⁹ idē ſit ꝑfectio ⁊ perfectibile. Nā ſubſtācia ſpiritualis per nāꝫ ſuā eſt in genere:⁊ in ſpē:ſed cū hēat nāꝫ ſimplicē per idē erit in genere:⁊ i ſpē. Nā ḡ illa. vt collocat angelū in genere hēbit rōnem potentie vt collocat ipm in ſpē hēbit rōnē actus:ſed potētia hꝫ rationeꝫ perfectibilis:actus rationem perfectiōis. idem ergo erit perfectio ⁊ perfectibile.

In contrarium eſt: qꝛ ſi idē eſſet perfectio ⁊ ꝑfectibile. idem eſſet potētia ⁊ actus:⁊ per ꝯñs idem poſſet eſſe mouens ⁊ motū:cū mouēs ſm ꝙ hꝫ ſit in actu: motūꝫ aūt in potentia:⁊ per ꝯñs idem poſſet eſſe cā ⁊ effectus:⁊ ideꝫ poſſet eſſe prius ⁊ poſterius:que omnia videntur inconuenientia.

Reſpondeo dōm ꝙ nō eſt inconueniēs ꝙ idē ſit ꝓus ſeipſo: ſi cā ſuiipſi⁹ ſit in potētia ⁊ in actu reſpectu ſuiipſi⁹. Non tn̄ hoc erit eodē mō:nec ſm eādē ꝯſideratōeꝫ. Nā vt vult Cōmētator in.2.metaph. mā prius recipit formas magis vl̄es:⁊ mediātib⁹ formis magis vl̄ibus recipit formas minus vl̄es:vſq ad idiuiduales: qḋ nō poſſet eſſe niſi idē alr̄ ⁊ alr̄ ſumptuꝫ eēt cā ⁊ effect⁹: eſſet potētia ⁊ actus:eēt ꝓus ⁊ poſterius. Jmaginabimur.n.ꝙ magis vl̄ia de minus vl̄ibus:vt genus de ſpē nō ꝑdicaṫ denoīatiue:ſꝫ eſſentialr̄: vt declarari hꝫ in.2.thopico. Sꝫ nō ꝑdicaṫ vnū de alio eēntialiter:niſi ſit idē cū illo per eſſentiā. Eādē ḡ reꝫ ꝑ eēntiā dicit forma magis vl̄is: ⁊ minus vl̄is. Si ḡ mā ꝓus recipit formā vl̄eꝫ:⁊ poſtea min⁹ vl̄eꝫ: opꝫ ꝙ idē ſit ꝓus ⁊ poſteri⁹ ſeiꝑo. Una.n.⁊ eadē forma alr̄ ⁊ alr̄ accepta erit recepta in mā ꝓus : ⁊ poſteri⁹: accepta.n.ſub eē magis vl̄i ſe hēbit vt recepta ꝓus: ſub eē aūt min⁹ vl̄i vt recepta poſteri⁹. Jmmo non ſolū ſm receptionē māe: ſꝫ q̄tū ad eē idē eſt ꝓus ⁊ poſteri⁹ ſeiꝑo. Nā cū multis modis dicaṫ aliqd eē ꝓus altero.hic eſt vn⁹ modus ꝙ illud eſt ꝓus a quo nō ꝯuertiṫ ſubſiſtēdi ꝯñs.⁊ qꝛ hūc modū hꝫ magis vl̄e ad min⁹ vl̄e:qꝛ hn̄ valet.hō ḡ anīal:ſed nō econuerſo. Cū ḡ aīal in hoīe nō ſit aliud q̄ homo: qꝛ tūc nō eēntialiter ꝑdicareṫ de ipſo:eadē res ꝯſiderata vt aīal:erit ꝓus ſeipſa ꝯſiderata vt hō. Nō eſt ḡ incōueniēs idē ſm rē aliter ⁊ alr̄ cōſideratū eſſe ꝓus ⁊ poſterius ſeipſo. Sic ēt nō eſt incōueniēs idē ſm rē eē cām ſuiipſius vt pꝫ in exēplo ꝓpoſito. Naꝫ ſi mā ꝓus recipit formas magis vl̄es:⁊ mediātib⁹ hꝫ formis recipit formas min⁹ vl̄es:qꝛ illud mediāte quo recipiṫ aliqd eſt cā q̄re recipiaṫ illud. ſi forma min⁹ vl̄is recipiṫ mediāte forma magis vl̄i:erit forma magis vl̄is cā ꝙ recipiaṫ forma min⁹ vl̄is:⁊ qꝛ eādeꝫ rē dicit hec forma ⁊ illa. idē erit ſuiipſius cā. Scdꝫ hūc ēt modū logṫ ille actor ſex ꝑncipioꝝ cū ait ꝙ paſſio eſt effect⁹ actiōis. Cōſtat ꝙ eandē rē dicit actio ⁊ paſſio : ſꝫ illa res vt eſt ab agēte dr̄ actio. vt recipiṫ in paſſo dr̄ paſſio:qꝛ ḡ illa res ꝓus intelligit eſſe ab agente q̄ ſit recepta in paſſo eadē res vt actio erit ꝑor ſeipa vt paſſio:vel eadeꝫ res vt paſſio erit poſterior ſeipa vt actio. Rurſus qꝛ nō itelligiṫ illa res recipi in paſſo:niſi qꝛ ē ab agēte: ſm ꝙ ē ab agēte erit cā ſuiipſi⁹: ſm ꝙ recipiṫ in paſſo erit effectus ſuiipſi⁹ ſꝫ ꝙ eſt ab agēte: ſm hoc ḡ vꝫificaṫ ſex ꝑncipioꝝ dcm̄:qꝛ paſſio eſt effect⁹ actiōis.nō ſoluꝫ itaq idē alr̄ ⁊ aliter cōſideratū eſt ꝓus ⁊ poſterius ſeiꝑo:ſed ēt eſt ſuiipſi⁹ cauſa:vel ſuiipſius effectus. ❡ Tertio idē alr̄ ⁊ alr̄ acceptum eſt in potētia ⁊ in actu reſpcū ſuiipſi⁹ vt pꝫ in exēplo ꝓpoſito. Jmaginabimur.n.ꝙ mā nō dicit niſi purā potētiam. ceteris ḡ parib⁹ q̄to forma eſt māe imediatior tāto eſt mālior:⁊ ꝑ ꝯñs potētialior. Eadē ḡ forma ꝯſiderata vt magis vl̄is recipiṫ in mā prior:⁊ eſt māe vicinior:⁊ ꝑ ꝯñs ē mālior ⁊ potentialior. Jdē ḡ ꝯſideratū vl̄r erit in potētia reſpcū ſuiipſi⁹ ꝯſideratū min⁹ vl̄r. Scdꝫ hūc aūt modū pñt exponi vba auctoris de cauſis.ꝙ eē ſe hꝫ per creationē:cetera vo ꝑ īformationē.nā illud dr̄ eſſe per creationē qḋ ſit nullo ꝑſuppoſito : ⁊ qꝛ eſſe nō preſupponit aliquid aliud. Omnia alia ꝑſupponūt eſſe tanq̄ quid gnāle ⁊ vl̄e

Cōmento.17.

Capit.3.

Propoſitiōe.16

Ideo dr̄ ꝙ eſſe eſt per creationē: cetera v̄o dicūtur eē per iformationē. Nā id qd̄ ṗmo recipit̄ in materia tāq̄ ꝓpinquū mãe tāq̄ mãe vicinius dicimus eē potētialius. Reliq̄ v̄o tāq̄ a mã lōgingora ſunt formaliora: ſʒ ḡ idē ſit in viuētibus eſſe qd̄ viuere: qꝛ viuere viuētibꝰ eſt eē. vt dr̄ in 2° de aīa: illa tn̄ vna ⁊ eadē res ꝯſiderata ſub mō vltiori ⁊ vt eſt eſſe ṗus in mã recipit̄: ⁊ eſt mãlior: q̄ vt eſt viuere: ⁊ qꝛ formaliora ſe hn̄t per informationē ad materialiora: viuere ſe hēbit per informationē ad eē. Eadē ḡ res vt eſt viuere eſt ꝑfectio ſuiipſiꝰ vt ē eē. ¶ His oībus ꝓlibatis de leui patere pōt ſolutio qōnis q̄ſite: qꝛ nō eſt incōueniēs ꝙ eadē nã angelica aliter ⁊ aliter ꝯſiderata ſit ſuiipſius perfectio: ⁊ ſit in potētia ⁊ in actu reſpectu ſuiipſius. Imaginabimur aūt ex quo deꝰ dicit actū puruʒ: ita ꝙ nō pōt in eo ſumi rō generis ⁊ ſpēi: qꝛ nihil eſt ibi per modū potētie: ſed ſolū per modū actus. rō aūt generis a potentialitate ſumit̄. Mã v̄o dicit purā potētiā. Cetera infra ṗmū ṗncipiū: ⁊ ṗmā mãʒ: nec actū purū dicunt: nec potētiā purā. ſed dicūt actū admixtū potentie: ⁊ potentiā admixtā actui. Nã ḡ angeli nec eſt oīno actus: nec oīno potētia: qꝛ nec eſt ipʒ eſſe ſeparatū: imo eſt in potētia ad eē: nec eſt ipſa mã: ſed eſt q̄dā forma: ſiue q̄dā actꝰ in potētia ad vlteriorē actū: vt ad eē. ꝓut ḡ nã angeli eſt quedā forma: ⁊ q̄dā actus hʒ rōnē actualitatis: ſed ꝓut hꝫ actus ſunt in potentia ad vlteriorē actū hn̄t rōnē potētialitatis. Secūdū hoc ḡ ſumet̄ in hꝫ nã rō generis ⁊ ſpēi: nō ꝙ ex ipſa nã ſumat̄ rō generis: ⁊ ex eſſe rō ſpēi: vel differētie: qꝛ diffinitio: ⁊ diffinitiōis ꝑtes vt genꝰ ⁊ dr̄ia: ⁊ ēt ipʒ diffinitū vt ſpēs oīa ꝑtinēt ad nãm rei ⁊ ad q̄ditatē eiꝰ. Eſſe aūt eſt extra nãʒ ⁊ quiditatē: iō nihil tale noīare pōt: ſed ex eadē nã aliter ⁊ alr̄ ꝯſiderata ſumet̄ rō generis ⁊ ſpēi ⁊ dr̄ntie. Imaginabimur aūt ꝙ hoc eſt cōe oībus ſubſtātijs ſeparatis ꝙ hn̄t quādā potētialitatē admixtā: qꝛ ab alio habēt eē: ⁊ ſunt in potētia ad eē. Differenter tn̄ ſm̄ ꝙ hec ſuḃa ſeꝑata: vel illa eſt hec forma vel illa: qꝛ eē recipit̄ in re ſm̄ modū nãe rei ꝓut ſuḃa ſeꝑata eſt alia ⁊ alia forma ⁊ hʒ aliā ⁊ aliā nãʒ: aliter ⁊ aliter recipit eſſe. Iſta ḡ potētialitas que eſt cōis oībꝰ ſubſtātijs ſeparatis ſpecificat̄ ⁊ diuerſificat̄ ex alio ⁊ alio mō actualitatis: vel ex alio ⁊ alio mō forme. Ex potētialitate itaq̄ in qua oēs ſeꝑate ſuḃe cōicant. poterit ſumi rō generis. Ex actualitate aūt in qua diuerſificant̄ poterit ſumi rō ſpēi: ⁊ dr̄ntie. Aliter tn̄ ⁊ alr̄. Qꝛ ex actualitate ſm̄ ſe poterit ſumi rō dr̄ntie. Ex actualitate aūt admixta potētie rō ſpēi. ſi ḡ eēt nobis plene nota nã ſuḃaꝝ ſeꝑataꝝ viderem̄ quō eēt ibi potētialitas: ⁊ actualitas: qꝛ nã illa ſimplex eſt: ⁊ nō hʒ ꝑtē ⁊ partē. Ex eadē tota nã vt hʒ potētialitatis rōnē ſumeret̄ rō generis. Ex eadē tota natura: vt hēret rōnē actualitatis ſumeret̄ rō dr̄ntie. Et ex eadē tota nã vt hr̄et rōneʒ vtriuſq̄ ſumeret̄ rō ſpēi. Nã cōponit̄ ſpēs ex genere ⁊ dr̄ntia tāq̄ ex actu ⁊ potētia. q̄re ſi rō generis ſumit̄ a potētialitate: dr̄ia ab actualitate opʒ ꝙ ſumat̄ ſpēi rō ab vtroq̄. Erit ḡ ſpēs actualior q̄ genꝰ: qꝛ potentia ⁊ actus plus hn̄t de actualitate q̄ potētia tn̄. Et erit potētialior: q̄ dr̄ia: qꝛ potētia ⁊ actꝰ plus hʒ de potētialitate q̄ actꝰ. dr̄nti ḡ mō ſumet̄ rō dr̄ie in ſubſtātijs ſeꝑatis: ⁊ in ſubſtātijs mãlibꝰ. Ibi.n. cū ſint nature ſimplices. rō dr̄ie ſumit̄ a tota nã: ſicut rō generis ⁊ ſpēi: ita ꝙ dr̄ia ibi erit ex tota nã vt hʒ rōnē actus. Si ḡ genus ſpēs ⁊ dr̄ie eēnt nobis nota vt reꝑiunt̄ in ſubſtātijs ſeꝑatis caderet dr̄ia in recta linea predicabili ſicut ſpēs: qꝛ diceret totum queādmodū ⁊ ſpēs. In ſubſtātijs v̄o mãlibꝰ vbi dr̄ia eſt per partē formalē nō ſumit̄ rō dr̄ie a tota nã: ſʒ a ꝑte formali: vt aiatū qd̄ eſt dr̄ia nō ſignificat niſi aiam. ſicut albū nō ſignificat aliud q̄ albedinē: aīa aūt nō dicit totā nãʒ: ſed ꝑtē nãe. Inde eſt ꝙ in ꝯſtitutione ṗdicamēti ex rebus mãlibus dr̄ntie cadunt ex latere ⁊ ṗdicātur denoiatiue. Sic ḡ eēt: ſi nobis eēnt hec nota in ſubſtātijs ſeꝑatis. verum qꝛ hec nobis ſunt ignota diffinimus illas per differentiā importāteʒ negationē vel ṗuationē. vt dicimus ꝙ ſunt ſubſtātie incorporee: vel ſʒ ꝙ diffinit intelligētiā auctor de cauſis dicēs. Qꝛ itelligētia eſt ſuḃa que nō diuidit̄. Nō ḡ ſunt nobis note ꝓpe dr̄ie ſuḃaꝝ imãliū: ſʒ ſi note nobis eēnt: ſic ſe hēret vt diximus. ¶ Ad ſolutionē ḡ qōnis queſite pʒ nō eē incōueniēs ideʒ aliter ⁊ aliter acceptū ſe hēre vt perfectionem: ⁊ vt perfectibile reſpectu ſuiipſius.

¶ Argumentum autem in oppoſitum ſolutum eſt per iam dicta.

Queſtio. XI.

SEcundo querebat̄ circa oīa agētia nãlia. vtrū aliquod agens nãle poſſit deſtruere aliq̄ formā abſq̄ eo ꝙ educat aliā formaʒ: ⁊ videt̄ ꝙ ſic: qꝛ in alimēto ex quo nutrit̄ hō q̄n iā ꝯuerſuʒ eſt in ſuḃaʒ carnis eſt deſtructa ꝓpa forma: nec inde eſt educta alia forma: ſed icipit hꝫ alimetū eē ſub aīa hūana: que aīa ēt antea exiſtebat: q̄n hꝫ alimētū ſuā formā ꝑderet. eſt igit̄ ibi corruptio forme vniꝰ abſq̄ eductione alterius.

In contrarium eſt dcm̄ pħi in de gnātione. vbi vult ꝙ gnātio vniꝰ ſit corruptio alteriꝰ: ⁊ econuerſo.

Reſpondeo dōʒ ꝙ hic multiplr̄ diſtinguēdū eſt de formis: qꝛ formaruʒ quedā ſunt reales: quedā intētionales. ¶ Rurſus formarū realiū quedā ſunt ſuḃales quedā accidentales. Formaꝝ ēt accidētaliū quedā ſunt que ſunt in elemētis: ⁊ quedā in elementatis: vt q̄litates potentie actiue ⁊ paſſiue: vt calidū: frigidū: humiduʒ: ⁊ ſiccū. Et qualitates etiā mãles vt rarū: ⁊ denſuʒ. Quedā aūt ſunt que ſunt in elementatis ſolum. vt qualitates ſecunde: ſicut ſunt colores ⁊ ſapores ⁊c̄. hꝫ. loquēdo de q̄litatibꝰ ſcdīs hn̄tibus eē ꝑmanēs. Nã ſonꝰ dr̄ in q̄dā motu: ⁊ in q̄dā ſucceſſiōe ꝯſiſtere. Uel ſi ſūt aliq̄ q̄litates ſcde cōes elr̄is ⁊ elr̄atis nihil ad ꝓpoſitū. Sufficit āt ad pn̄s negociū ꝙ ſūt aliq̄ q̄litates cōes elr̄is: ⁊ elr̄atis. Aliq̄ v̄o q̄ ſūt ꝓpe elr̄atis tn̄. colores.n. ⁊ ſapores in puris elr̄is eē nō hn̄t. Sic ēt diſtinguēdū ē de ipſis formis ſuḃalibꝰ: qꝛ q̄dā ſūt educte de poꝰ mãe ſm̄ eēntiā: ⁊ diſpōnē. Quedā v̄o ſm̄ diſpōnē tn̄. Cū ḡ querit̄ vtrū poſſit nãliter deſtrui vna forma abſq̄ eo ꝙ educat̄ alia: vel eꝯ. Si ḡ loq̄mur in formis intētiōalibꝰ pʒ verū eſſe qd̄ dr̄. nam hꝫ forme nō hn̄t ꝯrietatē adinuicē: cū ḡ iducit̄ vna forma intētiōalis: nō opʒ ꝙ expellat̄ alia: ⁊ cū vna tollit̄ nō opʒ ꝙ alia iducat̄. vt ſi in hoc aere iciperet eē aliqd̄ corpus coloratū qd̄ ṗus nō erat faciet ſuā ſilitudinē ī medio abſq̄ eo ꝙ tollat ꝑ ſe loquēdo ſilitudinē aliā ibi inductā. Et ſi remoueret hꝫ cōpꝰ tolleret ſuā ſilitudinē a medio abſq̄ eo ꝙ ꝑ ſe loquēdo iduceret̄ ibi ſilitudo alia. naʒ ꝙ agēs nãle iducēdo expoliat: ⁊ gn̄ando corrūpit nō

Textu com. 37.

Et nos ad ſciētie fertilitatē narrauimus auerroyſticam imaginationem in cōpoſitiōe intelligentiarum q̄uis potuimus.

Propoſitiōe. 7

Idē nō poſſe eē actu ⁊ potētia nō eſt diguitas abſoluta: ſed plus reqrit: Subtilis ſolus hoc ꝓpēdit ſe per maxie. 28. di. ſcdi. ⁊ in eodē di. ſcda. q. 10. ſʒ cōuer aliter ſentit.

1. de. ṗmo. t. c. 7.

a Colligēs ab Auic. in ſufficiē. tia ſua: ⁊ libello de diluuijs. ꝙ nō eſt in corruptiōe ſimis niſi cōpata ipſa agēti vel iſti: qꝛ nō ē dignū (vt aiūt) qḋ eſt in mā ſemꝑ ſit ⁊c. ꝓ adſumunt cauſe q̄ in iſtis intētiōalib⁹ formis nō reputātur ⁊ poſſunt eſſe note pħo.

b Sed cur forme intentionales nūero dīntes poſſunt ſimul eē: nō aūe ſit q̄ dicit ob carētiaȝ ꝯrietatꝭ: ſed ꝯ. multa talia nō poſſunt ſil' eē. Aliq aſſerūt immālitatē: ſed cur duo act⁹ intel'ius ſil' nō ſunt? Ego vō ad nāȝ formaruȝ in ſe taliū recurrerē: ſȝ cur in oculo ſil' non ſe ꝯpatiunt? Forte qꝛ ibi aliq̄ actio ⁊ iudicium reqrit. nō ſic in medio: lege aūt Themiſtiuȝ de ȝo. z. de aīa. ca. zi. ⁊. zz. immo vbi forma ꝑfectior adeſt et imꝑfectior eē poteſt. vt de lumine ꝑmario ⁊ ſecūda rio. ß. diſt. z. q. ꝑma ꝑde Scot⁹.

bis receptum. ideo eſt quid finitũ ⁊ limitatum: quia nul
la creatura imutationẽ infinitam poteſt recipere. Non
eſt ergo ex parte dei qui ſe offert beatis quantum poteſt
⁊ offert ſe totũ: ſed hoc eſt ex parte noſtra ⁊ ex parte bea-
torum qui nõ poſſumus ipſum totum ⁊ totaliter capere.
Ideo dicit Auguſtinus loquẽs de deo. p̃mo ꝯfeſſio. circa
p̃ncipiũ. Omnia te toto imples: ſꝫ nulla res te totũ capit.
Ex defectu ergo noſtro eſt ꝙ etiaꝫ ex̃ntes beati nõ poſſu
mus deum totũ ⁊ corporaliter capere: ꝓpter qđ etiaꝫ in
patria ſub ratione finita. ⁊ per cõſequens ſub ratione ſpe
ciali erit deus ſubm ſcientie noſtre: ⁊ obm itellectus no-
ſtri: ⁊ multo magis cũ hoc modo ſit in patria eſt hoc mo-
do in via. ¶ Ad 10m dicendũ. ꝙ alia eſt ratio infinitatis Ad 10m
⁊ deitatis ſufficienter reſponſuꝫ eſt per ea que dicta ſunt
in principali queſtiõe: ⁊ per ea que dicta ſunt in queſtio-
ne vlterius annexa queſtioni principali ⁊c̃.

¶ Et ſic eſt finis huius queſtionis de ſubiecto Theolo-
gie fundamentarij doctoris fratris Egidij Romani Ar-
chipreſulis Bituricẽſis ſacri ordinis Heremitarum ſan
cti Auguſtini.

¶ Fundatiſſimi ac preclariſſimi doctoris domini Egidij Romani Bituricenſis Archiepiſcopi ordinis fratrum Heremitarum ſancti Auguſtini Theoremata de corpore Chriſti feliciter incipiunt.

Quia inter cetera eccleſie ſacramenta eucbariſtie ſacramentum plus difficultatis cõtinere videtur. Et que omnino ſenſui repugnare: ꝛ cõtradicere ratiõi in predicto ſacramẽto includi videntur: ne icredulis preſtetur occaſio contradicere catholicis ſacramẽtis. diſcẽdo ꝙ fides noſtra continens repugnãtia ratiõi: ꝙ̄ fas eſt: domino concedente: que in eo ſm ſuperficiem viſa cõtradictionẽ implicare cernuntur declarabimus: oſtendentes ꝙ nihil impoſſibilitatis ſacramentum prehabitum continet. Non eſt enim ꝙ fidem probare non poſſimus ex repugnantia veritatis: ſed quia que cõtinet ſupra rationem ſunt: ꝛ ad ea probanda ratio non attingit: ꝛ ſi propter ſui excellentiam rationes deficiunt comprobantes: multo magis deficiunt improbantes. Quicquid ergo contra fidem poteſt per hominem ratione concludi: poteſt ab homine ratione diſſolui. Hanc ergo firmam tenentes fiduciam: aggrediemur qđ diximus tractatum preſentem. prout rei congruentia poſtulat per theoremata diſtinguentes.

Theorema primum.

Primum principium quod eſt deus ſummus omnipotẽs. poteſt conuertere aliquid in aliud actu preexiſtens: quia imediate attingit materiam vt eſt quid: ꝛ poteſt agere preter tranſmutationem ꝛ motum. igitur virtute eius in corpus chriſti conuerti poterit panis ſubſtantia: non obſtante quod tale corpus dicte conuerſioni actualiter preextiterit.

Cõmentum theorematis.

Ponit enim fides catholica ꝙ virtute verborum que chriſtus tradidit quando dicta verba cum intentione conficiendi a ſacerdote dicunt̄. ſubſtantia panis in verum corpus chriſti conuertitur. in illud quod formatum eſt ex ſanguinibus virginis: quod de virgine traxit: quod in cruce pependit: quod fuit pro redemptione totius generis humani immolatum. Ex quo preſtatur occaſio. vt hi qui virtutem diuinam ſecundum nature potentiam metiri conentur. dicant fidẽ ſecundũ ſe impoſſibilia continere. Sic enim in conuerſionibus ſingulis oculata fide conſpicimus: ꝙ nihil cõuertitur in aliquid preexiſtens. Si enim ex aqua fit ignis: ignis qui ex aqua ꝓducitur nunquã actu prius fuit. Semper enim in omni tranſmutatione quod eſt potẽtia tale: fit actu tale. Cum igit̄ corpus chriſti actu preexiſtat: in illud idem numero nihil videtur poſſe conuerti. Ut ergo iſta repugnantia tollat̄ de medio. oſtendemus ꝙ in rem actu pre-

Dr̃ia de° ꝛ agẽs naturale. exiſtentem: poteſt deus aliquid conuertere. ¶ Ad cuius euidentiam aduertendũ: ꝙ inter agens naturale ꝛ deum quantum ad preſens duplex eſt differentia. ¶ Prima eſt ꝙ naturale agens agit per motum et tranſmutationem. Deus autem poteſt res ſine motu ꝛ tranſmutatiõe precedente: in eſſe producere. Nam cum omne agens per naturam agat vt inſtrumentum eius qui agit per intellectum: cum de ratione inſtrumenti ſit: ꝙ agat motum: quicquid ab agente naturali in eſſe producitur: mediante motu et tranſmutatiõe ſumit originem: propter qđ ſectando modum agentis naturalis: veritatem habet qđ ſcribitur. 8° T.cõ.7.
phiſicorum. Quicquid eſt in aliqua diſpoſitione in qua prius non erat eſt per precedentem motum. Deus autem qui eſt principale agens non agens vt inſtrumentum: neꝙ̄ agens motum: poteſt ſine tranſmutatione precedente res in eſſe producere. ¶ Ex iſta differentia ſequit̄ ſecunda. videlicet ꝙ naturale agẽs: prout res producit in eſſe ex materia aliqua: prius attingit eam vt eſt quanta: ꝙ̄ vt eſt quid. Nam cũ materia ſm ſui eſſentiam: vt eſt omnino potentia: ſubiectum motus eſſe non poſſit. vt probat Cõmentator. 5° phiſicoꝝ. Et vt etiam poteſt haberi ex dic- Com. 8.
tis phi. 6° phiſicoꝝ. vbi ſcribitur: ꝙ nullum impartibile T.c.32.
mouetur. Quod ergo de natura ſua non habet agere niſi per tranſmutationem ꝛ motum imediate materiam vt eſt quid: prout motui ſubiecta eſſe nõ poteſt nullatenus attinget. Deus autem qui omnes eſſentias conſeruat in eſſe: qui eſt quodãmodo rei intimior ꝙ̄ ipſa ſibi: nõ ꝓſupponẽs in actione ſua tranſmutationẽ ꝛ motũ: etiam prout res ꝓducit in eſſe ex aliqua materia eam non ſolũ vt eſt quanta: ſed etiã vt eſt quid imediate attingit. ¶ Ex his duabus differentijs dicere poſſumus deũ duo poſſe que naturale agens nullatenus poteſt. Primum eſt: ꝙ poſtꝙ̄ forma ceſſit in potentiam materie: agens naturale ex eadem materia illam eandem formam numero non poteſt producere: que eſt cauſa ꝙ res corrupta non redit eadem numero. Nam ꝙ aliquid nõ redeat idẽ numero ſi ſuum eſſe interumpatur ꝛ diſcontinuet̄: poteſt eſſe duplex cauſa. Prima ſumitur ex ipſo ꝓducto. Secũda ex modo ꝓducendi. ¶ Propter primum nihil ſucceſſiuoꝝ ſi diſcontinuetur redit idem numero: propter quod ſi motus diſcontinuaretur ꝛ ceſſaret nullum agens eſſet illius potentie quod facere poſſet motum redire eundem numero: qꝛ de ratione vnitatis numeralis motus eſt cõtinuitas: propter quem motum intercisum redire eundẽ numero eſt ponere oppoſitum in obiecto. ¶ Propter ſecundum forma cedens in potentiam materie ſi poſtea de eadem educatur per motum eadem numero non redibit: non ꝙ hoc repugnet ipſi producto: quia non eſt de vnitate numerali rerum permanentium continuatio. Unde nõ propter hoc ꝙ forme eſſe interciditur: forma non redit eadem numero: ſed propter modum producendi: quia poſitum eſt ipſam produci per motum: ꝛ quia motus interciſus non redit idem numero. forma ſic educta eadem numero redire non poterit: propter quod loquendo de agente naturali: quod per motum ꝛ tranſmutationem producit: verũ eſt quod ſcribitur in fine ſecundi de generatione. Quo- T.c.70.
rum ſubſtantia deperit: non redeunt eadẽ numero. Deus autem qui per motum ꝛ tranſmutationem non neceſſario agit: de eadem materia rem corruptam poteſt eandẽ numero reſtaurare: vt forma que in materie potentiam ceſſit: eadem numero in materiam inducatur. ¶ Nam cum hoc non repugnet ipſi producto: quia non eſt de vnitate numerali rei permanẽtis cõtinuatio ipſius eſſe: nec repugnat modo producẽdi: quia poteſt deus nõ mediante motu ꝓducere: poteſt deus facere vt ea. quoꝝ ſubſtantia perijt: redeant eadem numero. Unde ſi ex igne fiat aqua: poteſt deus ex aqua generata illum eundẽ ignẽ nu-

mero cuius ſuba perijt ꝓducere. verum qꝛ adhuc nō habemus. quomodo aliquid poteſt cōuerti in aliud preexiſtens diuina virtute: cum ignis corrupt⁹ qui poſtmoduꝫ ideꝫ numero ex aqua producitur ſue ꝓductioni nō actu preexiſtat. vt hoc declaretur: ſecunda differētia que dicebatur inter naturale agens ⁊ deuꝫ eſſe. diligenter eſt conſideranda. videlicet deum īmediate materiam attingere: vt eſt quid. naturale vero agens ſolum vt eſt quanta. ¶ Ex qua differentia ſequitur ꝙ ſi deus ex eadeꝫ materia poteſt formam que in potentia materie ceſſit eandeꝫ numero producere: ꝙ poſſit manēte aliqua forma in aliqua materia illam eandem de alia materia educere: vt manente forma aque in ſui materia poteſt deus illā eandem formam numero educere de materia ignis; quod ſi fieret: quia ad eandem formam numero. ſequitur eadeꝫ materia numero aqua ſic producta ex igne eſſet eadē numero cuꝫ aqua preexiſtente: propter qd̄ ſequeretur ignē eſſe cōuerſuꝫ in aliquid preexiſtens quia in aquā. ¶ Ex quo vlterius ſequitur deum poſſe vnam materiam conuertere in aliam materiam; cum poſſit facere materiam aliquam informari eadeꝫ forma numero qua alia informatur. Non enim differt materia a materia ſecundū ſe. cum actus ſit qui diſtinguit: ſed ſoluꝫ ratione forme. Eſt enim per ſe loquendo. vna materia omnium habentiuꝫ eam. vt ſcribitur primo de generatione. ¶ Qꝛ aūt deus

T.c.ꝑ. poſſit vnam materiam in aliam conuertere ſiue poſſit facere aliquā materiā ſubeſſe eidē forme numero: cui alia ſubeſt. ſic oſtēdi poteſt: qꝛ mā a materia nō differt vt eſt quid ⁊ ſm̄ eſſentiam cōſiderata: qꝛ ſic accepta impartibilis eſt: ⁊ ab alia materia differre non poteſt: quia nec alia eſſe poſſet: ſed prout materia ſub quātitate ſtat: qꝛ extenditur extenſione cōtinui. eſt accipere in ea diuerſas partes ⁊ in diuerſis partibus materie poſſunt induci diuerſe forme: ꝓpter qd̄ mā a materia differt. Agens ergo naturale: qꝛ ſolum īmediate attingit materiā vt eſt quanta ſolū imediate attingit hanc mām: vt ab omni alia materia differt: ⁊ qꝛ ab aliquibus vt ſunt differētia: ſolum differētia poſſunt educi. nō poteſt naturale agens facere ꝙ illa eadem forma numero perficiat hanc mām que perficit aliā; propter qd̄ non poteſt vnā materiā in aliā conuertere. Deus aūt qui īmediate attingit materiam vt eſt quid: cuꝫ mā ſic accepta ab alia materia nō differat: quācūꝗ formā numero poteſt inducere in materiā vnaꝫ. poteſt etiā inducere in aliā. Et qꝛ vt eſt habitum per p̄maꝫ differentiā: inter agens naturale ⁊ deum hoc intereſt: qꝛ deus poteſt illam eandē formaꝫ numero que ceſſit in potentiā materie de materia educere: vt ſi a materia aque aque forma priuaretur: eandē numero formam in illam mām reſtauraret. Et qꝛ quācūꝗ formaꝫ numero poteſt inducere in mām aque: poteſt ⁊ in materiaꝫ aliam vt in materiā ignis. ſicut ſi materia aque ſua forma priuaret̄: facere poſſet ꝙ denuo eadē numero forma perficeretur. Sic facere poteſt ꝙ materia ſub forma ignis exiſtēs priuata forma aque. eadē numero perficiat̄ qua perficitur hec mā aque. ꝓpter qd̄ facere poteſt ꝙ hec mā ignis fiat hec materia aque: ⁊ ꝙ hic totus ignis ꝯuertatur in hanc totam aquā. Non eſt ergo incōueniēs virtute diuina ꝙ ſm̄ ordinē p̄taxatū: vel etiā ſm̄ alium ordinē aliqua res cōuertat̄ in aliquid preexiſtens: vt ꝙ hic. ſ. ignis fiat hec aqua: vel hec mā illa mā. Igit̄ ſacramentuꝫ eucharíſtie: ſm̄ ꝙ ponimus hāc ſubam panis conuerti in hoc corpus chriſti: ex parte cōuerſionis improbare nō poſſumus: ꝙ aūt ex parte alia improbari non poſſit in ſequentibus apparebit: vbi ſpāliter oſtēdetur quō ſubſtātia panis ꝯuertitur in ſubſtātiā corporis chriſti. Quia hic ſoluꝫ vniuerſaliter eſt oſtenſum ꝙ deus poteſt conuertere aliquid in aliud preexiſtens. Propoſitio.II.

Cum res cōuertitur in aliquid preexiſtens: non eſt poſſibile: quantum in quantū ꝯuerti: ſed quid in quid. Ex quo apparet q̄titatē corporis chriſti eſſe ſub ſacramento ex naturali concomitātia: ⁊ nō ex vi ſacramenti. Declaratio.

¶ Cogimur ſi cōſiderentur predicta ponere: ꝙ cū res cōuertitur in aliquid preexiſtens: ꝙ ſolum conuertat̄ quid in quid: nō quantū in quantum. Dicebat̄ eniꝫ ꝙ quia naturale agens attingit materiā ſolū īmediate vt eſt quanta nō vt eſt quid. ideo eandē formā numero educere nō poteſt de vna mā quaꝫ educebat ex alia: qꝛ ab aliquibus vt ſunt diuerſa: ſolum diuerſa ꝓduci poſſunt. Et quia ꝓpter diuerſas partes quātitatiuas: eſt diuerſitas in materia: educere aliqd de materijs vt ſub quātitate exiſtunt: eſt educere ex eis vt diuerſitatē hn̄t adinuicē: ꝓpter qd̄ vt dicebat̄: nāle agens nō poteſt educere eandē formam numero ex vna mā quā educit ex alia: nec pōt vnā mām in aliā conuertere. Nam ſicut qꝛ albedines ſolum diſtinguūtur ex ſubiectis in quibus ſunt: ⁊ ſi albedo eſſet ſeparata: eēt vna albedo numero: ⁊ in vna ſuperficie vna exiſtit albedo. qui poſſet vnā ſuperficiem cōuertere in aliā: vnā albedinem in aliā conuerteret: ſi vtraꝗ illarum ſuperficieruꝫ albedini eſſet ſubiecta: cuꝫ in eadem ſuperficie due albedines numero differētes eē nō poſſint. Sic etiam quia materie diſtinguunt̄ per formas: qui eſſet illius potentie ꝙ facere poſſet hanc materiā eideꝫ forme eſſe ſubiectā cui altera ſubijcit̄. hanc materiā in illā conuerteret. Et qꝛ hoc poteſt de⁹: eo ꝙ īmediate attingit materiā etiā vt eſt quid: ſm̄ ꝙ vna mā ab alia nō diſtinguitur ſm̄ iſtum modum ordinis quē videmus. talis cōuerſio ſolum exerceri poterit; vt conuertatur quid in quid; non quantum in quantū. Nam ſi ſm̄ quantitatem attenderetur conuerſio: cum ſm̄ hoc materia quātum ad ſuas partes diuerſificetur: ꝓpter qd̄ in diuerſis partibus materie introducuntur diuerſe forme. ſic de conuerſione loquendo nunꝗ̄ hec materia eideꝫ forme numero poterit eſſe ſubiecta cui ſubijcitur alia: ⁊ quia in cōuerſione que eſſe habet in hoc ſacramento conuertit̄ ſubſtantia panis in aliquid preexiſtens: ⁊ materia panis efficitur materia corporis chriſti: non eſt poſſibile quantitatem panis conuerti in quantitatem corporis chriſti: ſed ſubſtantiaꝫ panis in ſubſtantiā corporis. ¶ Eſt etiam hoc idem ratione aliter videre. Nam ſi conuertitur res in aliquid preexiſtens. vtputa hec aqua in hunc igneꝫ actu preexiſtentem. ſi non ſoluꝫ ſubſtantia conuerteretur in ſubſtantiā: ſed quantitas in quantitatem eſſet ignis in quem facta eſt conuerſio ſm̄ dimēſiones proprias vbi exiſtit aqua: ⁊ ſic cum panis in corpus chriſti conuertitur: eſſet localiter ⁊ ſm̄ dimēſiones ꝓprias corpus chriſti in altari: vbi prius exiſtebat panis ſubſtantia. Cum ergo ex alio ⁊ alio loco ſumatur alia ⁊ alia indiuiduatio. ſi poneretur corp⁹ chriſti eſſe in altari ſm̄ dimenſiones proprias: quia ibi eſſet vt in loco: non eſſet idem corpus numero: nec idem indiuiduū corpus chriſti qd̄ eſt in celo et qd̄ eſt in altari. Nō ergo loquēdo de cōuerſione vt ad propoſitū ſpectat: eſt poſſibile quantū in quantū cōuerti: ſed quid in quid. Et quia nō eſt ibi ex vi ſacramenti: niſi illud in qd̄ aliqd eſt conuerſum: qꝛ ſolum ſubſtantia panis conuertitur in ſubſtantiaꝫ corporis: non quantitas in quantitatē: quantitas corporis chriſti ex vi ſacramenti in hꝫ ſacramento

eſſe nõ poterit. verum qꝛ nõ eſt dare ſubãm ſine ꝓpria quãtitate. ex nãli cõcomitãtia quãtitas corporis chriſti ſub ſacramẽto exiſtet. cũ ſit ibi ſubſtãtia corporis chriſti ad quã habet ordinẽ nãlem: qḋ declarare volebamus.

Propoſitio. III.

Corpus chriſti ſub ſpẽb⁹ hoſtie vt eſt in ſacramẽto altaris diffiniri nõ põt localiter ſed ſubaliter. Aperitio

¶ Arguũt rationis ignari: ſidẽ impoſſibilia ponere. Nã cũ ſm fidẽ catholicã: ponamus veruꝫ corpus chriſti: qḋ extraxit de virgine: eſſe ſub ſpeciebus panis in ſacramẽto altaris: cuꝫ vnũ ⁊ idẽ corpus numero in diuerſis locis numero ſimul eſſe nõ poſſit: cũ deĩn corpus eſt in vno altari: nõ erit in alio: ⁊ cuꝫ eſt in celo in altari eẽ nõ poterit. ¶ Ad hanc aũt rationẽ ſoluendã dixerũt aliqui corpus chriſti eſſe in celo ſm dimẽſiones ꝓprias: eſſe aũt in altari ſm dimẽſiones panis: ⁊ ita quaſi per accidẽs. Et qꝛ nõ eſt inconueniẽs idem in diuerſis locis eſſe per accidens: ſed per ſe ſic in diuerſis locis ponere corpus chriſti vt fides ponit: nihil inconueniẽs accidit. ¶ Si autem hi incidant in aliquã veritatẽ: difficultatẽ tñ nõ remouent. Poneret eniꝫ aliquis ⁊ per ſe ⁊ per accidenꝫ impoſſibile eſſe idẽ in diuerſis locis exiſtere. Oportet ergo dare modũ ⁊ hõ per accidens rõnem aſſignare. quare corp⁹ chriſti ſub ſpeciebus illis nõ diffinit̃: ſed ſimul cũ eſt in celo eſt ſub ſacramento altaris: ⁊ cũ eſt in vno altari etiaꝫ in alio eſſe poteſt: imo: qḋ plus eſt: ſequi videt̃ corp⁹ chriſti poſſe eſſe vbiqꝫ: qꝛ ſi totum vniuerſuꝫ occuparet ſubſtãtia panis: ⁊ tota illa ſuba in corp⁹ chriſti cõuerteret̃: hõ corpus vbiqꝫ eſſet. Nec valeret ſiquis diceret poſitionẽ hanc impoſſibilẽ eſſe: qꝛ vbi eſſet ſacerdos cuius eſt verba ꝓferre: per que fit talis cõuerſio: ibi panis eſſe nõ poſſet: qꝛ põt deus ſine ſacramẽto efficere rẽ ſacramẽti: abſqꝫ ſacerdote poſſet talẽ cõuerſionẽ efficere. poſſet eniꝫ deus totũ vniuerſum annihilare ⁊ tantã quãtitatẽ panis ꝓducere quanta eſt quantitas vniuerſi vel etiã maiorẽ. Et qꝛ qua ratiõe põt hanc particulã panis cõuertere in corpuꝫ chriſti: etiã quãlibet: ⁊ ſic poterit chriſti corpus vbiqꝫ eſſe: qḋ eſſe videt̃ contra rationẽ cuiuſlibet creature. ¶ Propter hoc aduertendũ eſt ꝙ aliquid diffinire eſt idẽ qḋ finire ſiue

T.c.22. determinare: ꝓpter qḋ phũs. 5⁰ metaphy. diffinitiões appellat terminũ: qꝛ in ea ponunt̃ rei ꝑncipia. inter que velut inter ꝓprios terminos ⁊ inter proprios fines res diffinita cõcludit̃. hõ aũt diffinitio vel finitio que rei competit nõ ſemper eſt vniformis. Naꝫ aliter competit diffinitio rei vt eſt ſubſtãtia: aliter vt eſt quãta. Naꝫ vt eſt ſubſtantia diffinit̃ quelibꝫ res creata ſiue ſit corporalis ſiue ſpũalis: qꝛ terminat̃ ad certũ genus ⁊ ad certam ſpecieꝫ ⁊ ad certum indiuiduatiõis modũ. Solus aũt deus qui eſt ſubſtantie infinite: generis rationeꝫ neſcit. Ita ꝙ nec per ſe nec per reductionẽ determinatur ad genus: ⁊ multo minus determinat̃ ad ſpeciem: vel ad hoc aliquid: qꝛ hõ determinatio in generis determinatione cõcluditur: prout aũt res eſt quãta: ſi per hõ quantitatẽ comparatur ad alia: ſic competit ei determinatio loci. Non eniꝫ diffinitur res creata hoc loco vel illo ratione ſubſtantie: quia ſubſtantie finitas per comparationẽ ad locũ non ſumit̃. vñ qꝛ ſubſtãtie vt ſubſtãtia nõ debetur locus: finitas per comparationẽ ad locum eſt ratione quãtitatis. Secunduꝫ ergo ꝙ rei competit alia ⁊ alia quãtitas finita: ſi per eam comparat̃ ad locum: ſic ⁊ loco diffinit̃ vt que habẽt quãtitatẽ dimẽſiuã diffiniuntur loco per cõmenſurationeꝫ: vt quia cõmenſurat ſe ita iſti loco: ꝙ nõ alij. Que vo quantitatem virtualem habent diffiniuntur per operationem. ideo cum angeli operãtur in terra. deſinunt operari in celo. Si ergo aliquid eſſet alicubi ſolũ ratiõe ſubſtantie: quantitas aũt eius ibi exiſteret propter naturalẽ ordinẽ quẽ ad ſubaꝫ haberet: illi rei competeret finitas: que ſequit̃ naturam ſubſtãtie: nõ aũt finitas que ſequit̃ naturaꝫ quãtitatis: prout per quãtitatẽ res ad alia comparatur: propter qḋ quia ex vi ſacramenti corpus chriſti eſt in altari: ratione ſubſtãtie: ⁊ per quantitatem ibi non comparat̃ ad alia: quia finitas ſubſtantie nõ circũcernit determinationem ſitus: ſed determinationem generis ⁊ ſpeciei: ſufficit corpus chriſti prout in altari ſm fideꝫ noſtram ponitur determinari ad illud genus: ⁊ ad illaꝫ ſpeciem ⁊ ad illum indiuiduationis modũ: ad quẽ determinatur vt eſt in celo: nõ tamẽ oportet determinari ad illũ ſitum: cum talis finitas competat quãtitati prout per eã res comparat̃ ad locum. Ex quo apparet ꝙ illius per accidens: cuius cauſa querebat̃ aſſignata eſt ratio. ¶ Ulterius etiã ex hoc inoteſcit corpus chriſti vt eſt in celo non poſſe eſſe alibi niſi inde recederet. Attamen prout eſt in vno altari poteſt eſſe ⁊ in alio: cũ ibi non ſit prout ei competit finitas ſitus: ſed finitas ſpeciei: propter qḋ ⁊ ſi totũ vniuerſum eſſet panis: nihil inconueniens eſſet corpus chriſti ſm hunc modum vbiqꝫ exiſtere. Diffinitur ergo angelus loco: quia per quantitatem ſuam eſt in loco ſubſtantia ſua: ſecundũ quã quantitatem ei competit operari: nõ eſt autem ibi quantitas mediãte ſubſtãtia. Et quia finite quantitati cõpetit finita operatio: oportet ſpiritualem ſubſtantiã prout ei competit eſſe in loco: loco diffiniri: chriſtus aũt vt eſt in altari: qꝛ ibi eſt per ſe ⁊ ꝑmo mediãte ſubſtãtia: ad quã ſm ſe finitas ſitus equiuoce cõparatur: ſic exiſtẽs ibi per ſe loquẽdo diffiniri nõ poterit.

Propoſitio. IIII.

Quod corpus chriſti in ſacramento altaris circumſcriptiue eſſe non poteſt. Declaratio.

¶ Sunt auteꝫ qui imaginationem tranſcendere non valentes: cum audiunt veruꝫ corpus chriſti eſſe ſub ſpeciebus panis: credunt chriſti corpus dimenſionibus panis cõmẽſurari. vt in ſuprema parte hoſtie ſit caput: ⁊ in inferiori pedes: ꝙ ſi verba prehabita recte ⁊ bene intelligantur: hõ intelligentia haberi nõ poteſt. Naꝫ ꝙ aliquid alicubi circũſcriptiue exiſtat: hoc eſt qꝛ quãtitas locati ſiue illud qḋ per locatũ in loco exiſtit: vniuoce comparat̃ ad quantitateꝫ loci ⁊ ad locatũ ipm. ⁊ ideo corpora exiſtentia in loco per quantitatem propriaꝫ circũſcriptiue in loco exiſtunt: eo ꝙ ratio quanti vniuoce dicitur de corpore locati ⁊ locãtis. Sed ſi ſubſtãtia ſeparata ⁊ angelus operaretur circa aliquod corpus: ⁊ in eo ſm ſuam virtutem exiſteret: non circũſcriberet̃ ibidem: ita ꝙ pars eſſet in parte: ⁊ totus in toto: eo ꝙ ratio quanti nõ dicitur vniuoce, de quantitate virtutis ⁊ de quantitate molis. Et quia non ſunt cõmenſurabilia: niſi que vniuoce comparãtur adinuicem: cũ cõmenſuratio comparationem importet: que ſolum inter vniuoca eſſe poteſt. vt probatur. 7. phiſ. T.c.29. coꝛ. virtus angeli quantitati corporis cõmenſurari non poterit: loquẽdo de cõmenſuratiõe prout hic loquimur. Naꝫ eſſe non poterit ꝙ vna pars virtutis angelice ſit in vna parte corporis: ⁊ alia in alia: propter qḋ nec angelus circũſcribetur ibidem. Si igitur angelus nõ circũſcribitur loco: qꝛ ratio magnitudinis nõ vniuoce dicit̃ de q̃titate virtutis ſm quã angelus in loco exiſtit: ⁊ de q̃titate corporis circa quã operãdo angelus in corpore eſſe dr̃. Multominus corp⁹ chriſti vt eſt in ſacramẽto altaris circũſcriptiue eẽ poterit. ¶ Habitũ ẽ.n. ſubaꝫ corpis chri

ſti nõ eſſe ſub hoc ſacramento mediante quantitate; ſed quantitatem mediãte ſubſtantia. Extendendo ergo nomen magnitudinis ad ipſaʒ rationẽ ſubſtãtie: vt ſicut in ipſa ſuba ſm ſe ſumpta rationeʒ finitatis vel infinitatis ponimus. ſic ⁊ magnitudinẽ ibi eſſe ponamus. Inuenie-mus magis equiuoce magnitudineʒ dici de magnitudine molis reſpectu magnitudinis ſubalis: q̃ʒ reſpectu magnitudinis virtualis. Nã cũ ratiõe finitatis vel infinitatis magnitudinẽ ponamus in rebus: cũ magis equiuoce dicaẽ finitas vel infinitas de magnitudine molis reſpectu ſubſtãtie: q̃ʒ reſpectu quãtitatis virtualis; ⁊ magnitudo etiã magis de eis diceẽ equiuoce. Dicĩ enim magnitudo molis finita: quia occupat determinatũ locum: vel q2 claudiẽ inter determinata puncta vel determinatos terminos. Infinita aũt que clauſioneʒ terminoꝝ neſcit; ſic et quantitas virtualis finita diciẽ: q2 põt in determinatuʒ obiectũ. vltra qõ virtus illa ſe nõ põt extẽdere. In ſubſtãtia võ reperiẽ finitas ſolũ ex eo qõ determinaẽ ad genus ⁊ ad ſpeciem. Ex quo apparet: ꝙ lʒ ratio finitatis de omnib⁹ his tribus dicaẽ equiuoce: q2 nõ reperiẽ in eis magnitudo vnius rõnis: potiſſime tamẽ ratio equiuocationis accipietur ex eo ꝙ quantitas molis ad ſubſtãtiaʒ comparatur: vbi ſolum ratio finitatis accipitur ex eo ꝙ ad genus vel ad ſpeciem determinatur. Si igiẽ angelus nõ circũſcribitur loco: quia per virtutẽ ſuaʒ ibi eſſe dicitur: cui equiuoce competit ratio quãtitatis. Multo magis corpus chriſti: vt eſt ſub ſacramento altaris circũſcribi nõ poterit: cũ ibi per ſe ⁊ p̃ᵒ ſit ſolũ mediãte ſubſtãtia: ⁊ finitas ⁊ magnitudo magis reperiaẽ equoce in ſubſtantia ⁊ quãtitate dimẽſiua q̃ʒ reſpectu quãtitatis virtutis.

Propoſitio. V.

Quod corpus chriſti vt eſt ſub ſacramento altaris aliquo modo determinatur ad locũ: ſed nõ circũſcribatur: nec diffiniatur ibidem. Aperitio.

Crederet forte aliquis eo ꝙ ex ſuperioribuſ eſt oſtẽſuʒ corpus chriſti ſub ſacramẽto altaris diffiniri non poſſe: ſed ſimul in diuerſis altaribus eẽ: nec etiã circũſcribi vt qõ corpus chriſti ſe cõmenſuret dimẽſionibus hoſtie: qõ ex hoc ſequereẽ nullo modo corpus chriſti determinari ad locum: prout poniẽ eſſe ſub ſacramẽto: que poſitio ſtare non poteſt. Quia ſi nullo modo determinaretur ad locum corpus chriſti vt eſt in altari: ſic acceptuʒ nec per ſe nec per accidens moueretur. Cum igiẽ poſt conſecrationeʒ hoſtie: veriſſime ſit corpus chriſti in altari: lʒ nõ mediantibus dimenſionibus proprijs: ſed mediantibus dimẽſionibus panis: ⁊ deſinat corpus chriſti in altari eſſe, ſi hoſtia conſecrata inde tolleretur; oporteret nos dicere corpuſ chriſti ſic acceptuʒ aliqualiter determinari ad locum: cum nullo modo motus localis cõpetat rei que nullo modo determinaẽ ad locum. Huiuſmodi aũt veritas ſic declarari põt.

Res non determinari loco duplicẽ eſſe poteſt.

Nam ꝙ reſ nõ determinetur ad locũ: duplici de cauſa quãtum ad preſens ſpectat põt contingere. Primo ſi magnitudo illa per quam competit ei eſſe in loco eſt ĩfinita. Et q2 infinite magnitudini nõ debetur determinatuſ locus: res que ſic comparaẽ ad locũ: loco determinari nõ poteſt. Secũdo hoc contingit ſi hȝ magnitudo realiter nõ differt a ſubſtãtia rei. Nam cum ſube ſm ꝙ hȝ nõ debeaẽ determinatus locus: eo ꝙ finitas ⁊ ĩfinitas in ſubſtãtia accipiẽ ſm determinationeʒ ⁊ indeterminationẽ ad genus ⁊ ſpeciẽ: nec rei cui talis magnitudo competit aſſignabiẽ determinatus locus. Propter vtrũqʒ deus ipſe loco determinari nõ poteſt: tum q2 magnitudo ipſa: ſiue virtus ſua per quaʒ eſt in omnibus omnia conſeruãdo eſt infinita. Tum etiã: quia talis magnitudo a diuina ſubſtantia nõ eſt realiter diſtincta. Unde ⁊ Hilarius diuinaʒ ſubſtantiam eſſe vbiqʒ probat: quia ſua virtus que eſt ſubſtãtia ſua vbiqʒ exiſtit. Et q2 deus nõ determinaẽ ad locum veritatem habet qõ probatur. 8° phiſicoꝝ. Primum motorẽ ipſum deũ nõ moueri nec per ſe nec per accidens. T.c.46 Unde motis nobis deus qui in nobis eſt locum nõ mutat nec per ſe nec per accidẽs: q2 ad locum in quo ſumus determinari non poteſt. Corpus autem chriſti vt eſt in altari; tum q2 dimẽſiones panis per quas ibi exiſtit: finitum quid ſunt: tum etiam quia hȝ dimenſiones nõ ſunt ſubſtantia ſua: oportet corpus chriſti ſic acceptum aliqualiter determinari ad locum. verum quia nõ determinaẽ ad locum mediãtibus dimenſionibus proprijs: q2 hȝ dimẽſiones nõ ſolum ibi ſunt mediante ſubſtãtia: ſed mediãtibus alijs: quia mediãtib⁹ dimenſionibus panis: de tali determinatiõe duo ꝯcludere poſſumus.

Primo ꝙ determinatio talis nõ ſit per ſe; ſed per accidens. Naʒ illud diciẽ eſſe per ſe vno modo ſumptum qõ eſt per cauſaʒ in ſe exiſtentem. Cum chriſti corpus per dimẽſiones proprias ⁊ exiſtẽtes in ipſo vt in ſubiecto nõ determineẽ ad locũ vt eſt ſub ſacramẽto altaris: ſed ſolum per dimẽſiones alias: ſic ſumptuʒ per accidẽs determinaẽ ad locum: propter qõ per accidẽs competit ei motus.

Secũdo cõcludere poſſumus ipſum ſic acceptum: loco nõ diffiniri. Nam cũ vni⁹ rei ſit vna quantitas vel vna magnitudo: per quaʒ in loco ponitur omnis creatura: cum comparaẽ ad locũ ſm quãtitatẽ propriam: ſoluʒ in loco vno eſſe poterit: cum eius ſit vna propria ſola quãtitas per quã comparaẽ ad locũ. Sed q2 corpus chriſti eſt ſub ſacramẽto mediãtibus dimẽſionib⁹ panis: cuʒ dimenſiones panis poſſint eſſe alie ⁊ alie: ⁊ in diuerſis locis dimenſiones hȝ eſſe poſſunt ſm alias ⁊ alias dimenſiones panis: ſimul in diuerſis altarib⁹ eſſe poterit. ideo corpus chriſti ſic acceptũ: loco diffiniri nõ diciẽ. Ex quo apparet alia ratio a ratione ſuperius aſſignata: quare intelligentia loco diffiniẽ: ⁊ corpus chriſti ſub ſacramento nõ diffiniẽ loco. Quia virtus intelligẽtie: per quã comparatur ad locum eſt vna: dimenſiones aũt panis: ſm quas corpus chriſti comparaẽ ad locum poſſunt eſſe diuerſe. Sed ſi ſm eaſdẽ dimẽſiones panis corpus chriſti cõpararetur ad locum. ſicut intelligentia per virtutem ſuam que vna eſt: ad locũ comparatur. Et ſicut quelibet creatura diciẽ eſſe in loco per quantitatẽ propriaʒ: diceremus corpus chriſti ſm illas eaſdem dimenſiones in diuerſis altaribus ſimul eſſe non poſſe. ſicut nec aliqua creatura: cum mediante ſua quantitate: que vna eſt: comparatur ad locũ: ſimul in pluribus locis eſſe nõ poteſt.

Differt determinari ad locũ. diffiniri loco. ⁊ circumſcribi.

Ex quo apparet iſta tria differre. ſ. determinari ad locum: diffiniri in loco: ⁊ loco circũſcribi. Naʒ tunc res determinatur ad locũ: cum magnitudo illa per quã in loco eſſe ponitur eſt finita: ⁊ nõ eſt ſua ſubſtãtia. Sed tunc loco diffinitur cum habet finitam magnitudinẽ: ⁊ per eaʒ comparatur ad locuʒ. Sed loco circũſcribi dicitur cũ per quantitatẽ propriã comparatur ad locũ. Et ratio quanti vniuoce reperitur in quãtitate locantis ⁊ locati.

Quez ordinẽ hẽat ad locum de⁹ corp⁹ xpi angelus ⁊ corporalia.

Que ſi bene aduertimus dicere poſſumus iſta quatuor. ſ. deũ: corp⁹ chriſti: vt eſt ſub ſacramẽto: intelligentiã: ⁊ hȝ corporalia vt comparanẽ ad locum hunc habere ordinẽ: q2 de⁹ nec ad locũ determinaẽ: nec loco circũſcribiẽ: nec diffiniẽ. Corpus võ chriſti vt eſt ſub ſacramẽto: aliquo mõ determinaẽ ad locũ: ſed nõ diffiniẽ vel circũſcribiẽ loco. Intelligentia võ vt poniẽ in loco eſſe: q2 in loco comparatur: nõ ſolum determinaẽ ad locuʒ: ſed etiam loco diffiniẽ. Unde ⁊ Damaſce. probat ꝙ cuʒ angelus eſt vel operatur in vno

loco deſinit eſſe vel operari in alio. Nō tamē loco circū-ſcribitur. Huiuſmodi aūt corporalia determinanť ad locum: ⁊ diffiniunť ⁊ circūſcribunť loco. Non enim determinať deus ad locum: qꝛ ſua magnitudo eſt infinita ⁊ eſt ſua ſubſtantia nec diffiniť loco: qꝛ loco diffiniri includit determinari ad locū. Naꝫ res ex hoc diciť diffiniri loco: qꝛ ita eſt in vno loco: φ nō in alio: qđ ſine determinatiōe loci eſſe nō poteſt: nec etiam circūſcribiť loco: cum ratio magnitudinis equiuoce dicať de magnitudine diuina: ⁊ de magnitudine creature: in qua deus eſſe diciť. Immo ſi volumus vniuerſaliter loqui: nihil vniuoce reperiť in creatore ⁊ creatura. Intelligentia vō ad locum determinatur: qꝛ ſua virtus eſt quid finitum: ⁊ nō eſt ſua ſubſtantia. Et etiā loco diffiniť: qꝛ per quantitatē propriaꝫ comparatur ad locum: que cum ſit vna ⁊ finita et locus vnus atqꝫ finitus debetur. Propter qđ cuꝫ diffiniri loco ſit ſolum in vno loco eſſe: cogimur ad ponendum intelligentiam loco diffiniri. Et cū in vno loco eſſe incipiat: in alio eſſe deſinat. Non tamē loco circūſcribiť: quia ratio quāti nō reperitur vniuoce in quantitate virtutis: ſecundū quā angelus ponitur eſſe in loco: ⁊ in quantitate corporis circa que angelus operando in loco eſſe dicitur. Corpus autem chriſti. vt eſt ſub ſacramento aliquo modo determinatur ad locum: quia dimenſiones panis per quas in altari ponitur: ſunt quid finituꝫ ⁊ nō ſunt ſua ſubſtantia: nō tamen diffinitur loco: quia nō eſt in altari ſecundū dimenſiones ꝓprias: ſed ſm dimenſiones panis. ꝓpter qđ ſm alias ⁊ alias dimenſiones [illegible]is ſimul in diuerſis altaribus eſſe poterit. Non e[illegible]ceptum loco diffinitum: cum incipiat eſſe in v[illegible]abſqꝫ eo φ in alio eſſe deſinat: nec etiaꝫ ibi eſt circūſcriptiue: cū quantitas propria ſit ibi mediāte ſubſtātia: et finitas ⁊ magnitudo equiuoce reperiatur in ſubſtātia ⁊ quantitate dimēſiua. Immo cum nihil circūſcribatur loco niſi comparetur ad locum ſecundū quantitatem propriam: ⁊ vniuoce reperiatur ratio quanti in quātitate locati: ſecundū quā comparatur ad locum ⁊ ad quantitatem locantis: dicere poſſumus φ circūſcribi loco includit diffiniri loco. ſicut diffiniri loco includebat determinationem ad locū. Eſt eniꝫ in plus et vniuerſaliꝰ determinari ad locum: φ diffiniri loco: ⁊ diffiniri loco eſt cōmunius: φ circūſcribi loco. Et quia ab inferiori ad ſuperius arguimus affirmādo. A ſuperiori ad inferiꝰ negando: dicere poſſumus φ quicquid loco circūſcribitur: diffinitur ⁊ determinať loco: ⁊ qđ loco diffinitur loco determinatur. Negando autem debemus arguere econuerſo: quia quod nō determinatur ad locum: nec diffinitur: nec circūſcribitur loco. Et quod loco non diffinitur ſic acceptū loco circūſcribi non poteſt. Cum ergo corpus chriſti vt eſt ſub ſacramento non diffiniatur loco: loco etiam circūſcribi non poterit. Cor vō corpora que ad locum comparantur ſecundū quantitatem propriam determinentur ad locum ⁊ circūſcribantur et diffiniantur loco: quod quarto proponebatur declarandum: ſatis apparet ſi conſiderentur prehabita. Nam huiuſmodi corporalia ſic accepta determinantur ad locuꝫ: quia quantitas ſecundū quaꝫ in loco ponuntur: eſt quid finituꝫ: ⁊ nō eſt ipſa ſubſtātia rerum corporaliū. amplius diffiniuntur loco: quia cum ſecundū propriam quantitatem ad locum comparentur: et cum vnius corporis vna ſit quantitas ſecundum quam in loco eſſe dicitur: debet vnum corpus ſolum in vno loco eſſe: quod eſt loco diffiniri: circūſcribuntur quidem loco: quia hē corporalia velut in loco in corporalibus collocanť. Cuꝫ igitur reperiatur vniuoce quātitas in corpore locante ⁊ in locato: quia vtrobiqꝫ eſt quātitas dimenſiua. oportet corporalia contenta a corporibus continētibus circūſcribi: veruꝫ quia circūſcriptio includit diffinitionē et determinationē ad locū: lꝫ per ſe oſtēſum ſit corporalia diffiniri loco ⁊ ad locum determinari: poſſet tamen ex iſto ſolo vltimo vtrūqꝫ illorum oſtendi: cum probatū ſit omne quod loco circūſcribitur determinari ad locum ⁊ loco diffiniri.

Propoſitio. VI.

Corpori chriſti exiſti ſub hoſtia competit poſitio ſiue ſitus que eſt differētia quantitatis. Non aūt que eſt predicamentum.

Apertio.

¶ Quia ex precedentibus eſt habitum corpus chriſti vt eſt ſacramētaliter in altari: loco circūſcribi nō poſſe: crederet aliquis φ poſitio ⁊ ſitus partiū ei ſic exiſtenti non poſſet cōpetere. Ut ergo appareat q̄liter ei poſitio competat: eſt aduertendum φ poſitio vno modo ſumpta eſt differentia quātitatis. Unde in predicamētis ſcribiť φ quantitatuꝫ he quidem habēt poſitionem ad ſeinuiceꝫ: ille vō minime. Alio modo eſt predicamentū. Nam poſitio ſiue ſitus inter decem predicamēta computať. Sic aūt ⁊ ſic accepta poſitio a Cōmentatore 5°. metaphy. iſto modo diſtinguitur. Nam poſitio ſiue ſitus quēdaꝫ ordinem partium importat: vt poteſt haberi a philoſopho in eodem 5°. Ordo autem partium eſt duplex: videlicet ordo partium in toto: et in loco. Et ꝓut ordinanť partes in toto cōſurgit inde poſitio que eſt differētia quantitatis: prout vō ordinanť in loco: accipitur inde poſitio que eſt predicamentuꝫ. Si ergo oſtēdere poterimus φ partes corporis chriſti exiſtētis ſub hoſtia nō habent ordinem ad locum: ſed ad totum: oſtēſum erit φ corpori chriſti ſacramentaliter cōſiderato: competit ſitus qui eſt differētia quātitatis: nō qui eſt ꝑdicamentū. ¶ Ideo notandū φ vtereqꝫ talis ordo ꝓuenit ex quantitate: aliter et aliter ſumpta. Nam ſicut qualitates duplicem comparationē habent. vnam ad ſubiectum: ſecunduꝫ quā competit eis dare eſſe: aliā ad obiectū ſiue ad exteriora: ſm quaꝫ ſunt principia actionum ⁊ ratio vel cauſa agēdi. vtputa calor per comparationem ad ſubiectum: dat eſſe calidū. Prout vō comparatur ad calefactibile: eſt calefaciendi principium. Sic ⁊ quantitas ꝓut comparatur ad ſubiectum: competit ei dare eſſe. habet enim ſubiectum quātitatis per quātitatē eſſe quātum. Prout vō ad exteriora comparatur: eſt ratio quare aliquid ſit in loco. Sicut ergo ſi calidum nō comparetur ad calefactibile per calorem: ⁊ nō eſſet calor medium inter calefactibile ⁊ calefaciēs. ſicut virtus eſt media inter agens ⁊ actum: ſic calor daret ſuo ſubiecto eſſe calidum quod non eſſet calefaciendi principium: cum nō ſit intelligibile agens agere: non exiſtente virtute media inter ipſum ⁊ materiam. Sic corpus quātitatem habens ſi nō compararetur per quantitatem niſi ad illud in quo exiſtit: conſequēs eſſet φ quātitas ſuo ſubiecto daret eſſe quantum: qđ tamen per eam ibi localiter non eſſet. Cum ergo habitum ſit quantitateꝫ corporis chriſti nō eſſe in ſacramento ex vi ſacramenti: cum nihil cōuertatur in ipſam: ſed ſolum ex naturali cōcomitātia: ⁊ qꝛ corpus chriſti ſine quātitate ꝓpria eſſe nō poſſet: ex quo ſubſtātia panis eſt conuerſa in ſubſtantiā corporis: ⁊ poniť ſubſtātia corporis in altari per hō cōuerſionem exiſtere: oportet quātitatem ꝓpriā que ſuum ſubiectum nō deſerit ibi eē: ꝓpter qđ appꝫ verū eſſe qđ communiter diciť: chriſtum ſub hoſtia eſſe quātum: nō quantitatiue. Eſt eniꝫ quātum: cum ꝓpria quātitas det ei eſſe quātum: nō tñ eſt ibi quātitatiue: qꝛ ex hoc quātitatiue aliquid exiſtit alicubi: ꝓut mediante quātitate ibi eſſe

pō dupꝰ accipiť

Cō. 24.

conſpicitur. Et qꝛ ſubā corporis xp̄i nō eſt ſub hoſtia mediante quātitate: ſed quantitas mediāte ſubā: ibi quantitatiue eſſe nō poterit. Sic eniz imaginari deberemus: ꝙ ex hoc corpora ſunt in loco: ⁊ habēt eſſe quātitatiuū. ꝓut per quantitatem comparant̄ ad locum. ſicut calidū calefacit. ꝓut per calorē ad calefactibile comparatur. Cū ergo ſumatur poſitio que eſt differentia quātitatis. ꝓut corpus habet eſſe quātum ⁊ partes ordinātur ad totum. poſitio vō que eſt predicamentū ſumat̄: ꝓut aliquid eſt alicubi quātitatiue: ⁊ partes eius comparant̄ ad locum. Manifeſtū eſt qd̄ declarare volebamus. videlicet corpus chriſti vt eſt ſub hoſtia: habere poſitionē que eſt differentia quātitatis. cum quātitas ſua det ei eſſe quantū: cum nō deſerat ordinē quē habet ad ſubiectū: nō tamen habere poſitionē: que eſt predicamētū: cum dcm̄ corpus nō exiſtat ſub hoſtia quātitatiue: eo ꝙ ſua quātitas deſerit ordinē quē habet ad exteriora: cū ſubā non ſit ibi mediāte quātitate: ſed quātitas mediante ſubſtantia.

Propoſitio.VII.

NOn eſt inconueniens ſimul cū dimē ſionibus panis: eſſe dimenſiones corporis chriſti. Declaratio.

¶ Oportet ſi conſiderant̄ premiſſa nos fateri ſimul cum dimēſionib⁹ panis eſſe dimēſiones corporis chriſti. Dabitū eniz eſt ꝙ in hoc ſacramento ſit ꝯuerſio ſubſtātiarum: que tamē in accidētia nō cōuertunt̄. Unde dimenſiones panis remanent poſtq̄ ſuba panis conuerſa eſt in ſubam corporis. Cū igit̄ ante ꝯuerſionē eſſet ſuba panis: vbi erāt dimēſiones panis: eo ꝙ forma ⁊ materia nō obtinent diuerſum locū: ꝓpter qd̄ pħus in ꝑmo de aīa du-
T.c.72 cit ad inconueniens dicentes animā eſſe corpus: quia ex hoc ſequebatur duo corpora in eodem loco exiſtere. Neceſſe eſt ergo ſubſtantiā panis ante conuerſionē eſſe: vbi ſue dimenſiones exiſtunt. cū ſubſtātia reſpectu quātitatis hēat rationē materie ⁊ ſubiecti. Et quia vbi fuit ꝑus ſubſtātia panis: facta cōuerſione: facta eſt ſubſtantia corporis. ſicut ſimul cuz dimenſionibus panis ante conuerſionem erat panis ſubſtātia: ſic facta ꝯuerſione ſimul cū eiſdez dimenſionibus erit ſubſtantia corporis. ¶ Rurſum: qꝛ dimēſiones corporis chriſti ꝓprium ſubiectū nō deſerunt: ⁊ oportet dimenſiones corporis chriſti eſſe vbi eſt ipm̄ corpus: ex quo ſimul cuz dimēſionibus panis eſt ſubſtantia corporis chriſti: oportet ſimul cum dimenſionibus panis eſſe dimēſiones corporis. Cogimur ergo ad hoc ſic ponendū: difficultates tamē hanc poſitionem catholicam impugnātes: vitare nō eſt facile. Uidetur eniz contradictionē implicare: ꝙ dimenſiones ſimul cum dimenſionibus eſſe poſſint. Arguit enim pħus in 4.° phyſi-
T.c.53. coꝝ contra ponētes vacuum: ⁊ dicentes locū eſſe dimenſiones ſeparatas: ꝙ ſi in hꝭ dimenſionibus reciperetur aliquod corpus: ſequeret̄ duo corpora in eodem loco poſſe exiſtere. Nam tota cauſa: quare vnum corpus cuz alio corpore ſimul eſſe nō poteſt: ſumit̄ ex eo ꝙ dimenſiones dimenſionibus reſiſtunt. per ſe eſt enim: vt idē pħus innuit: ꝙ dimenſiones ſecum alias dimēſiones nō compatiantur. Et quia nō eſt intelligibile: ꝙ remaneat aliquid priuatū eo qd̄ ſibi per ſe competit: niſi ibi implicet̄ ꝯtradictio: videt̄ veritatem ſuperficialiter conſiderantibus: ipſi deo nō eſſe poſſibile: ꝙ dimenſiones dimenſionibus coexiſtant. ¶ Propter qd̄ aduertendū: ꝙ ſi ſic eſſet: per ſe dimenſiones dimenſionibus non coexiſtere: ſicut eſt per ſe hominem eſſe animal: fruſtra laborarem⁹ ad ſoluendum rationem pretactā: quia ſine implicatiōe cōtradictiōis hoc eſſe nō poſſet. Ideo notandū ꝙ dimenſiōes dimenſionib⁹ reſiſtere: nō eſt ita per ſe: ſicut per ſe de ſpecie predicat̄ genus: vel ſicut per ſe ſuperiora in inferioribus referunt̄: ſed eſt ita per ſe. ſicut per ſe eſt actiui agere. Utputa ꝓut eſt per ſe calidi calefacere. Dictū eſt eniz ꝙ ſicut calor duplicē habet comparationē. vnā ad ſubiectum: ſm̄ quā dat ei eſſe calidū: ⁊ aliā ad obiectū: ſiue ad materiā: ſm̄ quam ratio eſt calefaciendi. Ita ⁊ quātitas ꝓut comparat̄ ad ſubiectū: dat eſſe quantū. Per comparationē aūt ad exteriora: ſiue ꝓut cōparat̄ ad dimenſiones alias: competit ei reſiſtere: ⁊ eſt ratio quare corp⁹ habēs hꝭ quātitatē exiſtat in loco. Sicut ergo abſq₃ implicatione cōtradictiōis pōt eſſe calidum abſq₃ eo ꝙ calefaciat: ⁊ calor pōt dare eſſe calidū abſq₃ eo ꝙ ſit calefaciendi ꝑncipiū. Sic ⁊ dimēſiones poterunt dare eſſe quātuz abſq₃ eo ꝙ dimenſionibus aliꝭ reſiſtāt. Eſt aūt ex ſuperioribus manifeſtū ꝙ ſemper virtus eſt media īter agēs ⁊ actum. Unde qꝛ calidū comparat̄ ad calefactibile mediante calore: ſequit̄ calidum calefacere: ꝙ ſi iſta mediatio tolleret̄ calidū calefacere nō poſſet. ſic etiaz omne qd̄ eſt ratio alicuius: quēdam modū mediatiōis habet. Cū igitur quātitas ſit ratio. quare quātū reſiſtit quāto: oportet quantum vnū ad quātum aliud comparari mediāte quantitate: ⁊ quātitatē eſſe mediā inter corpus reſiſtens ⁊ illud cui fit reſiſtentia. Et qꝛ corpora ſemper ſunt in loco mediante quātitate: vt ꝓbat Auicēna in ſufficientia ſua: ſm̄ iſtū modū ordinis quē videmus: nō eſt intelligibile corpora alicubi eſſe localiter: niſi ibi talis mediatio inueniatur. Propter qd̄ ſm̄ iſtū modū ordinis quem videmus: reſeruata hꝭ mediatione: ſaluare non poſſumus duo corpora localiter exiſtentia ſimul eſſe: ſed ſi ſubſtantia nō eſſet alicubi mediante quātitate. Immo econuerſo quātitas ibi eēt mediāte ſubſtātia: talis mediatio tolleret̄. ⁊ per cōſequēs hꝭ reſiſtentia ibi nō eſſet. Cū ergo ſit ex precedentibus patefactum: dimenſiones corporis Chriſti eſſe ſub hoſtia mediāte ſubſtātia. ſicut nō eſt contra rationē ſube ſimul cū dimenſionibus eſſe: ſic non eſt cōtra rationē dimenſionū corporis chriſti exiſtentiuz in altari mediāte ſuba: eſſe ſimul cū dimenſionibus panis. Tota ergo cauſa: quare nō eſt incōueniēs eſſe dimenſiones corporis ſimul cū dimēſionibus panis eſt: qꝛ chriſti corpus nō eſt in altari localiter: nec mediāte quantitate ꝓpria: ſed per cōuerſionē ſubſtātie panis in ipſum. Propter qd̄ tollitur illa mediatio: ſm̄ quā oriebatur talis reſiſtentia: qua dimenſiones dimenſionibus reſiſtebant. Utrū aūt ſm̄ aliū modū ordinis: ⁊ ꝓpter aliquā aliā cauſam: quā habet per ſubtractionem hui⁹ mediatōis. ſaluare poſſumus dimēſiones ſimul cū dimēſiōibus eſſe: Ita ꝙ duo corpora alicubi localiter exiſtentia: ꝓut localiter exiſtūt in eodez loco eſſe poſſint: directe nō eſt preſentis ſpeculationis: lz etiaz hec fides catholica ponat: qꝛ dicit xp̄i corp⁹: irreſeratis clauſtris virginitatis de btē Marie vtero exiuiſſe: ⁊ ianuis clauſis ad diſcipulos intraſſe: ⁊ corpus glorificatum cum non glorificato in eodem loco poſſe conſiſtere:

Propoſitio.VIII.

NOn eſt inconueniens corpus chriſti ſic eſſe ſub ſpeciebus hoſtie. ꝙ ſimul cū dimēſionib⁹ vni⁹ partis. ſint dimēſiones alteri⁹ ptis. Declaratio.

¶ Superius aūt oſtenſum eſt ſm̄ illum modum exiſtendi. quez habet chriſtus ſub ſpeciebus hoſtie non eſſe impoſſibile. ſimul cum dimenſionibus panis eſſe dimēſiones corporis chriſti. Nunc aūt reſtat oſtendere ꝙ ſecundum prefatum modū exiſtēdi ſimul cum dimēſionibus vnius partis: poſſunt eſſe dimenſiones alterius partis.

¶ Ad cuius euidentiam aduertenduꝫ: φ ex eadem cauſa procedit. quare duo corpora nō poſſunt ſtare in eodeꝫ loco: ꝛ quare plura duobus vel etiā infinita: ꝛ quare vbi eſt vnū paruū corpus nō poteſt eſſe maius vel maximū: vel etiā infinitū: ſi eſſet dare magnitudinē infinitā. Nā tota cauſa quare duo corpora in eodē loco eē nō poſſunt ſumit̄ vt ſuperius dicebaſ ex eo φ dimēſiones dimēſionibus reſiſtunt: φ ſi tollereſ hꝰ reſiſtentia: nō eſſet dare cauſam. quare duo corpora vel etiam infinita in eodē lo‑

T.c. 53. co eſſe nō poſſent. ideo phūs. 4.° phiſicoꝝ. caplo de vacuo ait. Et ſi duo corpora poſſent eſſe in eodem loco: ꝛ quelibet: ꝛ etiam infinita. vt Cōmentator ſupplet. Cuꝫ igitur duo corpora in eodem loco eſſe nō poſſint: niſi reſiſtētia tollatur: ꝛ reſiſtentia dimenſionū amota: quelibet corpora vel etiā infinita ſimul eſſe valent. bona eſt conſequentia ceteris conditionibus paribus: quia ſi duo corpora ſimul eſſe valēt: poſſunt eſſe ſimul quelibet ꝛ infinita. Eſt enim tota cauſa huiꝰ. vt pꝫ ex habitis amotio reſiſtētie. Et ſicut hꝰ amotio reſiſtentie cauſa eſt. quare duo corpora: ꝛ quelibet: ꝛ etiaꝫ infinita: ſi infinita eſſet dare: ſimul eſſe poſſunt. Sic etiam talis amotio cauſa exiſtit: quare vbi eſt minus corpus: poteſt eſſe maius ꝛ maximū: ꝛ etiā infinitū: ſi eſſet dare magnitudinē infinitā. Naꝫ ſic duo corpora plus occupent de loco: ꝙ vnū corpus: qꝛ dimenſiones reſiſtunt dimenſionibus: ꝛ vbi eſt vnum corpus aliud eſſe nō poteſt: φ ſi talis reſiſtentia tollereſ: ꝛ vnuꝫ corpus ſimul cum alio eſſe poſſet: nō plus occuparent de loco plura corpora vel etiā infinita: ꝙ vnum ſolum corpus: ſic eſt vbi eſt minus corpus: maiꝰ corpus eſſe nō poteſt: ſed plus occupat de loco maius corpus ꝙ minus corpus: qꝛ partes magnitudinis corporis ſibi adinuiceꝫ reſiſtunt: ꝛ vbi eſt vna pars: alia pars eſſe nō pōt. Sic eniꝫ imaginari debemus: φ ſicut in corporibus cōtiguis corpus reſiſtit corpori ſibi contiguo. ſic eſt in partibus eiuſdem corporis contigui: pars reſiſtit parti ſibi proxime: ꝛ vbi eſt vna pars: alia eſſe non valet: ſed ſi pars ſimul cuꝫ parte eſſe poſſet: non plus occuparet de loco magnū corpus ꝙ paruū corpus: ꝛ totū corpus ꝙ vna pars. ¶ Clare ergo manifeſtū eſt φ ſi dimenſiones dimenſionibus nō reſiſterent: ſm φ ad preſens ſpectat. quatuor inde ſequerentur. Primo. quia vbi eſt vnū corpus poſſent eſſe duo: ꝛ quelibet: ꝛ infinita. Secundo. quia vbi eſt minus corpus: poſſet eſſet maius ꝛ maximum ꝛ infinitum. Tertio. quia. vbi eſt vna pars alicuius corporis: poſſent eſſe due ꝛ etiam omnes partes. Quarto ꝛ vltimo: quia vbi exiſtit ſingula pars: totum corpus poſſet exiſtere. ¶ His viſis de leui patet propoſitum. Naꝫ cum corpus chriſti: ꝛ quelibet pars eius nō ſit ſub ſpeciebus hoſtie modo quo dimenſiones dimenſionibus reſiſtunt: quia nō eſt ibi ſubſtantia mediāte quantitate: ſed quantitas mediāte ſubſtantia: ſimul cum dimenſionibus vnius partis eſſe poterunt dimēſiones alterius partis. Sicut ergo ſimul cum dimenſionibus panis eſſe poſſunt dimēſiones corporis chriſti: eo φ iſte dimenſiones non reſiſtant dimenſionibus illis. Sic ſimul cū dimenſionibus vnius partis: poſſunt eſſe dimenſiones alterius partis: quia talis reſiſtentia eſt amota: manifeſtum eſt ergo quod declarare volebamus. ¶ Sed vt magis pateat veritas queſiti. Notandum φ non eſt reſiſtentia dimenſionum niſi vtreqꝫ dimenſiones reſiſtant. Dupliciter ergo talis reſiſtentia tolli poteſt. Primo. ſi neutre dimēſiones reſiſtant. Secundo. ſi ſoluꝫ altere reſiſtant. Si ergo eſſent duo genera dimenſionum: ꝛ vnum quantū de ſe reſiſteret. alterum vō non reſiſteret: tales dimenſiones ſimul eſſe poſſent. amota enim eſſet reſiſtentia: cuꝫ reſiſtentia eſſe nō valeat: vt dictum eſt: niſi vtreqꝫ dimenſiones reſiſtant. Cum ergo in ſacramēto altaris ſint duo dimenſionuꝫ genera: videlicet dimenſiones panis: ꝛ dimenſiones corporis chriſti: ſm has duas dimenſiones triplex comparatio ſumi poteſt. Primo eniꝫ comparari poſſunt dimenſiones panis ad dimenſiones corporis. Secundo comparari poterūt dimenſiones vnius partis corporis chriſti ad dimenſiones alterius partis. Tertio. dimenſiōes vnius partis hoſtie ad dimēſiones alterius partis. Poterūt ergo ſimul eſſe dimenſiones corporis cum dimenſionibus hoſtie: ꝛ dimenſiones vnius partis corporis chriſti cum dimenſionibus alterius partis. Dimenſiones tamē vnius partis hoſtie cū dimenſionibus alterius partis nullatenus eſſe poterunt. Nam ſi dimenſiones hoſtie quantum eſt de ſe reſiſtant dimenſionibus: poterunt tamē eſſe ſimul cum dimenſionibus corporis chriſti: quia dimenſiones dicti corporis non ſunt ſub ſacramēto altaris modo quo reſiſtunt. Sic enim arguit philoſophus. 4.° phiſicorum. T.c. 53.

Et ſi aliquod corpus poneretur in vacuo ſimul cum dimenſionibus eſſent dimenſiones. Nam vacuum nō eſt natura aliq̄ que poſſit cedere: vel que poſſit reſiſtere. Si ergo vacuū vt videbātur antiqui ponere: nihil eſt aliud ꝙ dimenſiones ſeparate: ſi hꝰ dimenſiones non cedunt neqꝫ reſiſtunt: ſi inter tales dimenſiones poneretur aliquod corpus quantūcūqꝫ corpus illud eſſet aptum natū reſiſtere ſimul cū dimēſionibus illius corporis eſſent dimēſiones ſeparate: qꝛ tales dimēſiones nō reſiſtunt: ꝛ ſi nō reſiſtunt nec cedunt. Tota enim cauſa quare aliquid cedit eſt: qꝛ reſiſtit: ob hoc enim aer cedit lapidi: quia reſiſtit ei: ꝛ ſimul cum dimenſionibus lapidis non poſſunt eſſe dimēſiones aeris. Quātūcūqꝫ ergo dimenſiones hoſtie quātum eſt de ſe: ſint apte nate reſiſtere: ſimul tamē cum dimenſionibus poterunt eſſe dimēſiones corporis chriſti: eo φ hꝰ dimenſiones non ſunt ſub hoſtia modo quo reſiſtunt. dimenſiones aūt vnius partis corporis ſimul etiā eſſe poterunt: nō quia altere reſiſtant: altere nō reſiſtāt: ſed quia neutre reſiſtunt: ſed dimēſiones vnius partis hoſtie cum dimenſionibus alterius partis nullo modo ſimul eſſe poterunt. eſt eniꝫ ibi completa reſiſtentia cum vtreqꝫ reſiſtant.

Propoſitio. IX.

Totus xp̄s eſt in tota hoſtia: ꝛ totꝰ in qualibet p̄te hoſtie.

Declaratio.

¶ Licet valde videaſ mirabile φ totuꝫ corpus chriſti tante quātitatis exiſtēs ſub dimēſionibus taꝫ parue hoſtie contineatur: tamen ſm ineffabilem veritatem fidei catholice cogimur ad ponenduꝫ: φ non ſit ſolum totus chriſtus in tota hoſtia: ſed etiaꝫ φ totus chriſtus ſit in qualibet parte hoſtie. ¶ Hanc aūt veritatem triplici via venari poſſumus. Primo. ſm φ ſubſtātia corporis chriſti comparatur ad ſubſtantiaꝫ panis: que in ipſuꝫ cōuertitur. Secūdo. p̄ut quātitates corporis chriſti comparanſ ad ſubām eius. in qua radicanſ. Tertio. prout quantitas corporis chriſti comparatur ad quantitatē hoſtie: ꝛ p̄ut quātitas vnius partis comparatur ad quātitatē alterius partis. ¶ Propter p̄mū notandum. φ quātū ad p̄ns ſpectat in rebus corporalibus duplicem totalitatem dicere poſſumus. Unam quantitatiuam: ꝛ aliam eſſentialem. Albedini enim duplex totalitas competit. Una dimēſiua ſm quā extenditur albedo ex extenſione ſuperficiei: p̄pter qđ dicit̄ in predicamentis: φ albedo dicitur multa: eo φ ſuperficies multa ſit: ſm hanc aūt totalitatem: albedo eſt tota in tota ſuperficie: ꝛ pars in parte: vt ſi ſuꝑficies ſit duoꝝ palmoꝝ in medietate ſuperficiei erit albedo vniꝰ palmi: ꝛ loquendo de to‑ totuz z i rebus corpo in p̄di quan

talitate predicta omnino ſeccabitur albedo vt ſeccat̃ ſuperficies. Alia aũt totalitas albedinis eſt totalitas eſſentialis ſiue totalitas diffinitiua: ꝛ ſm̃ hanc totalitatē nõ ſeccatur albedo: vt ſeccatur ſuperficies: nec eſt tota in toto: nec pars in parte: ſ3 tota albedo in tota ſuperficie: ꝛ tota in qualibet parte. Si enim ſit aliqua ſuperficies alba ꝛ diuidatur: quelibet pars ſuperficiei erit alba: ꝛ albedo reſeruabit̃ in qualibet parte. Cum ergo nõ ſit albedo niſi habeat in ſe omnia: que pertinent ad rationem albedinis ſicut nõ eſt homo: niſi qd̃ aggregat in ſe ꝗcquid pertinet ad rationē hominis. Quia ergo in qualibet parte ſuperficiei reſeruat̃ albedo: in qualibet parte erit tota albedo: loquẽdo de totalitate diffinitiua ꝛ eſſentiali. Et ſicut eſt in accidentibus: ſic ſuo modo eſt in ſubſtãtijs corporalibus. Nam lapis ſm̃ totalitatem dimenſiuã: ſi eſt in aliquo loco: eſt totus in toto: ꝛ pars in parte. S3 quia quelibet pars lapidis eſt lapis: ꝛ in ꝗlibet parte lapidis reſeruatur tota ratio lapidis: ꝛ ibi cõcurrunt omnia que pertinent ad diffinitionē lapidis: ideo ſm̃ diffinitiuã totalitatem tota ſubſtãtia lapidis eſt in toto lapide: ꝛ tota in qualibet parte. ¶ His viſis patet quid dicendum ſit de corpore chriſti. Nam vt poteſt patere ex habitis: tota ſubſtãtia panis conuertitur in totam ſubſtantiam corporis chriſti: nõ ſm̃ totalitatē quantitatiuã: ſed ſm̃ totalitatem eſſentialē. Dicebat̃ eni3 ꝙ in hac cõuerſione ita conuertitur quid in quid: ꝙ nõ conuertit̃ quantũ in quãtu3. ergo ex vi ſacramẽti chriſtus eſt ſub hoſtia ſolũ ſm̃ totalitatē ſubſtãtialē: eo ꝙ tota ſubſtãtia panis cõuerſa ſit in totam ſubſtantiã corporis chriſti: cũ ergo ante conuerſione3 ſm̃ totalitatē ſubſtantialē eſſet tota ſubſtãtia panis ſub tota hoſtia: ꝛ tota ſub qualibet parte: q2 facta conuerſiõe ibi eſt tota ſubſtãtia corporis vbi fuerat tota ſubſtãtia panis: oĩno cogimur ad dicendũ ꝙ facta trãſubſtantiatiõe ſit tota ſubſtãtia corporis chriſti ſub tota hoſtia: ꝛ tota in qualibet parte. Et quia naturaliter totã ſubſtantiam corporis chriſti ſequit̃ totalitas quãtitatis que fundatur in ipſo corpore. ideo corpus chriſti tam ſm̃ totalitatem ſubſtantialē ꝙ̃ ſm̃ totalitatē quantitatiuã eſt totu3 in tota hoſtia: ꝛ totũ in qualibet parte: aliter ꝛ aliter: q2 ſecundũ totalitatē ſubſtantialē eſt totu3 corpus chriſti in qualibet parte hoſtie ex vi ſacramenti: ſed ſm̃ totalitatē quãtitatiuam eſt totus chriſtus in qualibet parte ſm̃ naturalem concomitantiam ſolum. ¶ Patefacta eſt ergo pͥma via: videlicet ſi cõparamus ſubſtãtiã corporis chriſti ad ſubſtantiã panis: que in ipſam cõuertit̃: ꝙ op3 nos dicere: ꝙ ſit totũ corpus chriſti in tota hoſtia: ꝛ totum in qualibet parte: ſicut ſubſtãtialiter ante ꝯuerſionē erat in tota hoſtia tota ſubſtãtia panis: ꝛ tota in qualibet parte. ¶ Secũda via ſic oſtẽdit̃. Nã modo oppoſito eſt corp⁹ chriſti in celo: ꝛ ꝓut habet eſſe ſub hoſtia. Na3 in celo eſt localiter: ideo eſt ibi ſm̃ dimẽſiones ꝓprias: ꝛ per quãtitatem. Na3 vt ꝓbat Auicẽna in ſufficiẽtia ſua: ꝙ omnis ſubſtãtia corporalis eſt in loco per quantitatē: ꝓpter qd̃ ꝓut eſt chriſtus in celo: q2 ibi localiter eſt ſubſtãtia mediãte quãtitate: ſed ꝓut eſt ſub hoſtia nõ eſt localiter: ſed eſt ibi ſolum ex cõuerſione alterius in ipm̃: ſiue eſt ibi ſolum ſacramẽtaliter: in quãtũ virtute ſacramẽti ſubſtantia panis eſt cõuerſa in corp⁹ chriſti. Et q2 ex vi ſacramẽti nõ eſt ibi niſi ſubſtãtia corporis chriſti: eo ꝙ ſolũ in talem ſubãm conuerſa eſt ſubã panis. Ideo per ſe pͥmo ſub hoſtia eſt ſubã corporis. Si aũt eſt ibi ꝗ̃titas ꝛ alia accidentia: hoc eſt ex nãli cõcomitãtia: ꝛ mediante ſubã. Bene eſt ergo dcm̃ ꝙ chriſtus eſt quodãmõ modo oppoſito in celo: ꝛ ſub hoſtia. Nã in celo eſt ſubã mediante ꝗ̃titate: ſub hoſtia aũt eſt quãtitas mediãte ſubã: ideo in celo vbi eſt ſubſtãtia mediãte quãtitate trahit̃ totalitas ſubẽ ad modũ totalitatis ꝗ̃titatis. Et q2 ſm̃ totalitatē quãtitatiuã eſt aliq̃d totũ in toto ꝛ pars in parte. Ideo loquendo de corpore chriſti vt h3 eſſe in celo eſt totum corpus chriſti in toto ſuo loco: ꝛ pars in parte. In hoſtia aũt vbi eſt ꝗ̃titas mediãte ſubſtãtia totalitas ꝗ̃titatiua trahit̃ ad modu3 totalitatis ſubẽ: ita ꝙ eſt tota ꝗ̃titas corporis chriſti in tota hoſtia: ꝛ tota in ꝗlibet parte: q2 modus totalitatis ſubãlis eſt ꝙ ſit tota in toto: ꝛ tota in parte. Sicut ergo ſubã que de ſe nõ diuidit̃: q2 eſt in loco mediãte ꝗ̃titate: cui competit diuiſio: eſt ibi diuiſibiliter. ſic ecõuerſo ꝗ̃titas corporis chriſti que de ſe eſt diuiſibilis: q2 eſt ſub hoſtia mediãte ſubã: cui per ſe nõ cõpetit diuiſio: eſt ibi idiuiſibiliter: ꝓpter qd̃ p3 cõparando ꝗ̃titatē corporis chriſti ad ſubã3 ei⁹: mediãte qua eſt ſub hoſtia: op3 nos dicere totũ xp̃m eſſe ſub tota hoſtia: ꝛ totu3 in qualibet parte. ¶ Tertia via ſic oñdit̃. Dicebat̃. n. in ꝑcedenti caplõ: ꝙ ſm̃ dimẽſiones panis ꝛ dimẽſiones corporis xp̃i triplex cõparatio ſumi poterat. Primo. q2 dimenſiones hoſtie ſic comparant̃ ad dimenſiones corporis chriſti: ꝙ ſimul cũ dimẽſionib⁹ hoſtie poſſunt eſſe dimẽſiõe3 corporis. Secundo. q2 dimenſiones vnius partis corporis chriſti ſic etiã cõparant̃ ad dimẽſiones alteri⁹ ꝑtis: ꝙ illis nõ reſiſtũt: ſed ſimul cũ eis eſſe valent: ſ3 ſm̃ cõparationē tertiã. ſm̃ quã dimẽſiones vni⁹ partis hoſtie ad dimenſiones alterius partis comparãtur: eſt ibi completa reſiſtẽtia: ꝛ iſte cũ illis eſſe nõ pñt: ꝗ̃titas ergo hoſtie erit tota in tota hoſtia: ꝛ pars in parte: eo ꝙ vbi vna pars hoſtie exiſtit altera eē nõ põt. Ideo plus occupat de loco tota hoſtia ꝙ̃ pars ei⁹: ſ3 vt p3 per habita vbi eſt aliq̃ pars hoſtie: ibi eſt aliqua pars corporis xp̃i: q2 quãtitas hoſtie nõ reſiſtit ꝗ̃titati corporis. Rurſu3 vbi eſt vna pars corporis chriſti: ibi poteſt eſſe alia: ꝛ etiã per conſequens ibi poterit eſſe totũ corpus: q2 dimẽſiones vnius partis corporis dimenſionibus alterius partis non reſiſtunt. ergo vbi eſt quecũq3 pars hoſtie nõ eſt inconueniẽs ꝙ ibi ſit totu3 corpus chriſti. Eſt g̊ tertia via declarata. ¶ Ex his aũt tribus vijs declarat̃ plane veritas. Nã per pͥmã viã habet̃ totã ſubſtantiã corporis chriſti eſſe in tota hoſtia: ꝛ totã in qualibet ꝑte. ſicut ſubãliter tota ſubã panis conuerſa in totã ſubã3 corporis chriſti erat ſubãliter tota in tota hoſtia ꝛ tota in ꝗlib3 parte. ¶ Per ſecundã aũt viã per quã oſtendit̃ totalitatē quantitatiuã corporis chriſti trahi ad modũ totalitatis ſubſtantie manifeſte colligit̃ ꝙ ſicut corp⁹ chriſti ſubſtãtialiter eſt totũ in tota hoſtia: ꝛ totũ in qualibet parte: ſic etiã ſm̃ totã quãtitatē ſuã eē totũ ſub tota hoſtia: ꝛ totũ ſub qualib3 parte. ¶ Per tertiam autem viam omnes ambiguitates tolluntur: non enim debet eſſe ambiguum. Utrũ tota quantitas corporis chriſti poſſit eſſe in qualibet parte hoſtie. nam ſi vna pars corporis chriſti alteri ꝑti reſiſteret: ꝛ vbi vna pars eẽt: altera eſſe nõ poſſ3: plus requireret de ſpatio magna pars ꝙ̃ parua: ꝛ plus totũ corpus ꝙ̃ pars quelibet. Sed q2 partes corporis chriſti ſic ſunt ſub hoſtia ꝙ ſibiinuicē nõ reſiſtunt. p3 g̊ per imaginationē nr̃am ꝙ in qualibet parte hoſtie poſſit eſſe totu3 corpus chriſti: qd̃ declarare volebamus.

Propoſitio. X.

Licet totus xp̃s ſit in qualibet parte hoſtie: partes tamē illc in quib⁹ per ſe eſt totus chriſtus nõ ſunt infinite: ſed finite.

Declaratio.

¶ Eſt autem in ſuperioribus declaratum ꝙ rebus corporalibus competit duplex totalitas. Una quantitatiua. altera ſubſtantialis. Cum ergo totum et pars correlatiue

dicantur:oportet cuilibet totalitati correſpondere ſuā partialitatē. Aliter.n.diuidiť res vt eſt ↄtinua:aliter vt eſt ſuba:⁊ vt eſt nã quedã. Lapis.n. vt eſt qd ↄtinuũ eſt diuiſibilis in īfinitũ.Eſt.n.de rõne cõtinui ꝙ diuiſibile
T.cõ.3. ſit in ſemper diuiſibilia. vt pꝫ per phm in 6° phiſicoꝝ:et
⁊ ꝺe.c.z. p° celi ⁊ mundi: īmo fere vbiqꝫ in libris eius hec īueniť ſnia. Nõ.n.eſt poſſibile ↄtinuũ diuidi in īdiuiſibilia:qꝛ ſi īdiuiſibilia cõponãtur:nullã efficiunt magnitudinē:⁊ plura īdiuiſibilia nõ ſunt aliqd magis: ꝙ vnũ īdiuiſibile.Si ḡ ↄtinuũ diuidereť in īdiuiſibilia fieret quãtũ ex nõ quãtis:⁊ magnitudo ex nõ magnitudinib⁹:⁊ diuiſuꝫ nõ erit aliqd maius aliquo diuidētiũ.Eſt ḡ ↄtinuũ diuiſibile in īfinitũ:⁊ quelibet res ſi diuidať vt cõtinua.põt diuidi in īfinitas partes.Nõ eſt ḡ dare minimũ in re: ſi ↄſideratur vt ↄtinua.Eſt tñ dare minimũ ſi ↄſideratur
T.c.38. vt ſuba:⁊ vt nã quedã.Vñ phs in p° phiſicoꝝ diſputans ↄtra Anapagorã:oſtēdit ꝙ eſt dare minimã carnē:⁊ minimã aquã.Stat.n.res nãlis:⁊ in maius:⁊ in minus.Qꝛ oĩuꝫ nã ↄſtantiũ eſt rõ certa: ⁊ nũerus eoꝝ magnitudis
T.c.41. ⁊ augmenti.vt dř in z° de aĩa.Poſſet ḡ adeo eſſe minima caro:ꝙ ſi vlterius diuidereť nõ remaneret in ſpecie carnis:⁊ adeo poſſet eē magnus leo:ꝙ ſi vlterius creſceret nõ ſufficeret ad animandũ totum corpus leonis anima.Propter qð nõ eſſet leo: nec remaneret in ſpē leõis: ⁊ ſi dubium eſt de augmēto.Vtrũ alique res naturales poſſint augeri in īfinitũ: ꝓpter hoc qð phus videť dice
T.c.41. re in z° de aĩa:ꝙ ignis in īfinituꝫ augeretur:ſi haberet combuſtibile.De diminutiõe tamē nulla eſt qõ.Qꝛ cuꝫ nõ ſit dare aliqd ocioſum in natura:⁊ nulla res ſit deſtituta operatõe ſua ꝓpria:opꝫ nos dicere:ꝙ cum acciperetur adeo modica caro ꝙ ſi vlterius diuideretur nõ poſſet ei competere aliqua operatio carnis: eo ꝙ ibi ſit ſtatus:⁊ diuiſa talis caro nõ erit in ſpē carnis. Manifeſtũ eſt ergo ꝙ lapis vt ↄtinu⁹ eſt diuiſibilis in īfinitas partes:⁊ nunꝙ põt adeo diuidi:qn ſemper remaneat continuus:ſed lapis vt lapis eſt:⁊ vt eſt nã quedã:nõ habꝫ īfinitas partes:⁊ põt adeo diuidi ꝙ non remaneret in ſpecie lapidis.Sic etiã vt facit ad ꝓpoſitũ panis vt eſt qd continuũ:diuiſibilis eſt in īfinituꝫ: ſed vt eſt ſubſtantia quedã nõ habet īfinitas ptes.põt.n.adeo modicuꝫ accipi de pane:ꝙ ſi vlterius diuideretur nõ remaneret ſpecies panis.Licet ergo chriſtus ſit totus in tota hoſtia ⁊ totus in qualibet parte hoſtie.Tamē qꝛ nõ eſt in partibus hoſtie vt ſunt qd continuuꝫ: ſed eſt in talibus partibus:vt põt ibi reſeruari ſpēs ⁊ ſuba panis:que non ſunt īfinite:ſed finite.partes ergo hoſtie:in quibuꝫ per ſe exiſtit totus chriſtus:nõ erunt īfinite ſed finite.Si eniꝫ arguebamus in precedēti caplõ: ꝙ qꝛ tota ſuba panis ſm totalitatē diffinitiuã erat in tota hoſtia:⁊ tota in qualibet parte.ideo tota ſuba corporis chriſti facta cõuerſione eſt tota in tota hoſtia ⁊ tota in qualibet parte. Sꝫ cũ tota ſuba panis ēt ſm rõnē diffinitiuã nõ reſeruetur in qualibet parte hoſtie loquēdo de partialitate prout hoſtia diuidiť vt qd cõtinuũ:⁊ vt hꝫ partes īfinitas: qꝛ poſſet adeo accipi modicũ de hoſtia ꝙ nõ reſeruaretur ibi ſpēs panis:nõ eſt totus chriſt⁹ in qualibet parte hoſtie ſm ꝙ diuiditur hoſtia:⁊ vt qd continuũ: ⁊ vt habet partes īfinitas:ſꝫ reſeruatur in qualibet parte hoſtie totus chriſtus vt hoſtia diuiditur in tales partes in quib⁹ poteſt reſeruari ſpēs panis:⁊ nõ vt habet partes infinitas. Immo qꝛ in hoc ſacramento eſt cõuerſio ſubarũ abſqꝫ cõuerſione accidentiũ:opꝫ nos oĩno loqui de partialitate prout quelibet pars panis eſt panis: nõ ꝓut quelibet pars cõtinui eſt continua.Et qꝛ nulla hoſtia ante conſecrationē diuiſibilis eſt in infinitas partes in quibus reſerueť ſpēs panis:lꝫ quelibet hoſtia diuiſibilis ſit in īfinitas partes:in qbus reſeruari põt rõ continui: in nulla hoſtia facta cõſecratione erit dare īfinitas partes: in qbus per ſe ſit totus chriſtus: ſicut ante cõſecratõeꝫ īfinite partes in hoſtia:in quibus reſeruaretur ſpēs:⁊ ſubſtãtia panis:eſſe nõ poterũt.℄ His viſis nõ bonã apparet eſſe imaginationē dicentiũ xp̄m ſic eſſe totũ in tota hoſtia:⁊ totũ in qualibet parte.ſicut imago eſt tota in toto ſpeculo:⁊ tota in qualibet parte. Unde ↄcludebãt ꝙ cũ nõ ſit tota imago in parte ſpeculi:niſi ſpeculo fracto:nõ eſt tot⁹ chriſtus in parte hoſtie niſi hoſtia fracta. Videmus.n.ad ſenſum ꝙ ſi ſpeculũ ſit vnũ loquēdo de ſpeculis vſitatis:que ſunt figure cõuexe ſemper in vno ſpeculo vnius ⁊ eiuſdē vultus nõ apparet niſi vnũ idolũ . Sꝫ ſi frãgatur ſpeculũ quot ſunt partes ſpeculi:tot apparēt ibi imagines vnius ⁊ eiuſdē vultus.Sic dicebãt iſti de corpore chriſti exñte ſub hoſtia ꝙ hoſtia integra permanente ſic erat totus xp̄s in tota hoſtia: ꝙ non erat totus in ꝗlibet parte. Sed ſi diuidebať hoſtia in partes ſuas in qualibꝫ parte hoſtie reſeruabatur totus xp̄s. Eſt aũt hec imaginatio nõ bona:qꝛ ꝙ vna imago vni⁹ ⁊ eiuſdeꝫ vultus apparet in vno ſpeculo ↄuexo hoc eſt ꝓpter vnitatē ſuperficiei ſpeculi:qꝛ ſm vnã ſuperficiē eſt vna reflexio:⁊ ꝓpter vnitatē reflexionis apparet vna imago: ſed fracto ſpeculo plurificantur ſuperficies: ⁊ plurificatis ſuperficiebus:apparēt plures imagĩes:Chriſtus aũt totus eſt ſub tota hoſtia rõne totalitatis ſube panis conuerſe in totã ſubſtantiã corporis xp̄i:qꝛ ergo ſimpliciter ⁊ abſolute loquēdo totus panis ſm totalitatē ſubalē eſt in tota hoſtia:⁊ totus in qualibet parte: loquēdo de partibus in qbus põt reſeruari ſpēs panis. Simplr cõcedere debemus ꝙ facta ↄuerſione ſit totus xp̄s in tota hoſtia:⁊ totus in ꝗlibet parte:cũ poſt ↄuerſionē ibi ſit tot⁹ xp̄s vbi erat totus panis ſm ſubalē totalitateꝫ . ℄ Iſti ergo quodãmõ ecõuerſo debebãt dicere . nã quia nulla pars eſt adeo modica in qua vt eſt ↄiuncta alteri nõ reſeruetur ſpēs panis . igiť in qualibet parte hoſtie vt eſt ↄiũcta alteri hꝫ xp̄s eſſe:tñ qꝛ poſſet adeo modicuꝫ accipi de hoſtia ꝙ ibi reſeruari nõ poſſet ſpēs panis nõ quelibet pars hoſtie ſi frãgatur hoſtia ↄtinebit totum xp̄m. Immo omnis illa pars tam modica:in qua nõ põt reſeruari ſpecies panis per ſe accepta: nõ eſt cõtentiua corporis xp̄i:⁊ ſi nõ eſt contentiua totius corporis: nõ eſt contentiua partis eius.Declaratũ eſt enim ſic xp̄m eſſe ſub hoſtia ꝙ vbi eſt vna pars corporis eſt ibi totuꝫ corpus. Clarum eſt ergo ꝙ nõ ſolum per ſe loquendo partes hoſtie:in quibuꝫ habet eſſe totus chriſtus nõ ſunt infinite: ſed finite:ſed etiam patet finitas eē illas:in quibus per ſe acceptis hñt eē ptes corporis xp̄i:cũ adeo modicũ hoſtie poſſit ab hoſtia ſeparari:in ꝗ eē nõ poterit:nec corp⁹ xp̄i:nec pars corporis.

Propoſitio. XI.

Sic eniꝫ eſt chriſtus totus in qualibꝫ parte hoſtie:ꝙ in parte punctali hoſtie nec eſt chriſtus nec pars chriſti.

Declaratio.

℄ Sumeret forte aliquis ex habitis errandi materiam dicens chriſtum eſſe in qualibet parte punctali hoſtie. Dicebatur enim ſuperius chriſtum ſic eſſe in celo:ꝙ eſt ibi ſuba mediante quãtitate:ſed vt eſt ſub hoſtia eſt ibi quantitas mediãte ſuba.Cũ ergo ſuba de ſe ſit īdiuiſibilis:quãtitas võ diuiſibilis:ex hoc arguebatur ſubaꝫ corporis chriſti vt eſt in celo eſſe diuiſibiliter: qꝛ eſt ibi per quantitatē cui competit diuiſio:quantitatē võ eius eſſe ſub hoſtia indiuiſibiliter: qꝛ eſt ibi quãtitas per ſubam

cui per ſe diuiſio nõ cõpetit. Quia ergo nihil eſt ſub ho
ſtia oı̄no indiuiſibile niſi punctus. ⁋ Dis ſuperficialr
ꝯſideratis oı̄no videť dõm eē ꝙ in parte pũctali hoſtie
ſit tota qn̄titas corporis xp̄i: ⁊ eē totus xp̄s. Uerũ qꝛ hoc
veritati repugnat vt predicta ſophiſticatio ſoluať. Duo
declarabimus. Primo enı̄ oſidemus ꝙ in parte pũcta
li hoſtie nec eſt xp̄s: nec eſt pars xp̄i. Secũdo manifeſta
bimus quõ itelligendũ ſit quãtitatē corporis chriſti eē

nõ ē xp̄s in hoſtia ꝑ deſcēſũ d celo factũ vt imaginantur groſſi.

ſub hoſtia induiuſibilr. ⁋ Propter pͥmum notandũ ꝙ
corpus xp̄i nõ icipit eſſe ſub hoſtia: ꝙ deſcendens de ce
lo ingrediatur dimenſiones hoſtie: qꝛ cum idez corpus
ad diuerſa loca oppoſita nõ habentia ordinem adinui
cem ſimul ferri nõ valeat: Si chriſtus vt eſt ſub hoſtia
iciperet eſſe ꝓpter deſcēſum eius de celo ſimul in diuer
ſis altaribus nõ poſſet confici corpus xp̄i: qͦd falſum eſt:
imo qꝛ cum corpus per motũ localem incipit eſſe alicu
bi: ibi de neceſſitate localiter exiſtet. eēt igiť chriſtus lo
caliter ſub hoſtia. ſi propter deſcenſum localem ibi inci
peret eſſe: quo poſito: corpus chriſti circumſcribereť ſub
hoſtia: ſicut circũſcriberenť corpora in locis proprijs: ⁊
tota quãtitas corporis xp̄i eſſe nõ poſſet ſub tam paruis
dimenſionibꝰ hoſtie: que omnia repugnãt catholice ve
ritati. ⁋ Reſtat ergo dõm. ꝙ nõ propter motũ localē:
nec propter deſcenſum de celo incipit xp̄s eē ſub dimē
ſionibus hoſtie. Sed quia ſub̃a panis ꝯuerſa eſt in ſub
ſtantiã corporis xp̄i. ideo facta cõuerſione eſt corpꝰ xp̄i
ſub dimenſionibus hoſtie: qꝛ ſub talibus dimenſionibꝰ
erat prius ſub̃a panis. Sic. n. ſuo modo eſt in hac cõuer
ſione ſupernaturali. ſicut eſt in generatione naturali: vi
demus enim ꝙ ſi ex aqua genereť aer vbi prius fuerat
aqua iaz corrupta: ibi eſt aer generatus. Si ergo ſubſtã
tia panis conuertiť in ſub̃am corporis xp̄i: vbi erat pͥus
panis ſub̃a: ibi facta conuerſione eſt ſub̃a corporis chri
ſti. Cum ergo in parte pũctali hoſtie nõ poſſit eſſe panis
ſub̃a: ibi eē nõ poterit corpus chriſti: nec etiã pars corpo
ris: cum pluries habituz ſit: ꝙ vbi eſt vna pars corporis
ibi eſt totum corpus. Dicebať enim ſuperius ꝙ eſt dare
minimã aquam: ⁊ minimã carnem: ⁊ minimuz panem.
Poſſetꝰ eniz adeo modicũ accipi de pane: qͦd ſi vlterius
diuideretur ſpecies panis ibi reſeruari nõ poſſet. Cum
ergo quãtum nõ poſſit tantũ diuidi: quin ſemper rema
neat quãtum: panis aũt in tantum diuidi põt ꝙ non re
maneat panis: oportet nos dicere ꝙ non in qualibet par
te quãtecũqꝫ quantitatis poſſit reſeruari ſpecies panis.
Multo ergo minus reſeruari põt in parte pũctali. Im
mo quia materia nunq̈ abſoluitur a quantitate. vt pa
tet per phm̄ in pluribus locis: ⁊ per Cõmentatorē in de
ſub̃a orbis: qꝛ in pũcto nõ reſeruať ratio quãtitatis: ma
teria ſm̄ eſſe actuale qͦd habet nunq̈ habet eſſe puncta
le. Nihil ergo de numero habentiũ ſpeciem in materia
põt eſſe in aliqua parte pũctali: imo quia ſub parte pun
ctali nec eſt materia: nec pars materie: cum materia et
quelibꝫ pars eius ſit quãta: eo ꝙ nec materia ſm̄ ſe nec
ſm̄ ſuas partes a quantitate poſſit abſolui in parte pun
ctali hoſtie nõ poterit eſſe panis: nec pars panis cum pa
nis ſit de numero habētiũ ſpēm in materia. Bene ergo
dcm̄ eſt ꝙ in parte punctali hoſtie non poteſt eē corpus
chriſti: nec pars corporis accipiendo punctale ſm̄ quan
titatē: qꝛ in tali parte nõ põt eſſe panis: nec pars panis.
Utrum autem accipiendo punctale aliter q̈ acceptum
ſit dicere poſſumus ꝙ in hoſtia eſt totus xp̄s: ⁊ in quoli
bet puncto: hoſtie etiã eſt totus xp̄s: Inferius oſtende
tur. ⁋ Ad preſens tamen reſtat oſtendere quõ quanti
tas corporis xp̄i ſit ſub hoſtia indiuiſibiliter poſtq̈ in
parte punctali hoſtie non eſt ſub̃a corporis chriſti: ⁊ per
conſequens nõ eſt ibi eius quantitas. Nam ſi in hoſtia
eſt quantitas corporis chriſti mediante ſub̃a: ſi in parte
punctali non põt eſſe ſub̃a corporis xp̄i: nec eius quanti
tas in tali parte poterit eē. Sciendũ ergo ꝙ ſicut diſtin
guimus carnē ſm̄ ſpēm: ⁊ carnē ſm̄ materiã: ſic diſtin
guere poſſumus panē ſm̄ ſpēm ⁊ panē ſm̄ mãm. Nam
ſm̄ phm̄ in pͥmo de generatiõe. caplõ de augmento. In
omnibus habētibus ſpēm in materia põt diuidi hoc ſe
cundũ mãm. hoc vͦo ſm̄ ſpēm. Sic ergo illa dť caro ſm̄
ſpēm: que per ſe accepta habet actionez ⁊ operationem
carnis: ſic ille diciť panis ſm̄ ſpēm: qui per ſe acceptus
põt habere aliquã actionē: ⁊ operationē panis. Cũ ergo
ſm̄ ſpēm ſit dare panē athomũ ⁊ carnē athomã: quanti
tas corporis xp̄i ⁊ totum corpus chriſti debet eſſe in ho
ſtia indiuiſibiliter ſm̄ ꝙ ſtat diuiſio ad partē ſm̄ ſpēm
nõ ad partem ſm̄ materiã. Nam diuiſio ſm̄ partes ma
teriales vadit in infinitũ ſicut diuiſio cõtinui. Nam pa
nis ſm̄ mãm ⁊ caro ſm̄ mãm diuidi poſſunt: que alteri
cõiuncta habere poſſunt actionē panis ſiue carnis. Nõ
eſt ergo inuenire panē athomũ ſm̄ materiã: nec carnez
athomã. Nulla eſt enim caro adeo modice quantitatis
que alteri cõiuncta nõ poſſit habere actionez carnis: ſic
etiam de pane ⁊ de quolibet alio habente ſpēm in ma
teria ſentiendũz eſt. Si ergo in talibus reperitur mini
mum: qꝛ ſic procedit diuiſio in partibus ſm̄ materiam:
ſicut in partibus continui minimũ in iſtis eſt minimuz
punctale: reducetur enim minimũ in materia ad mini
mum in quãtitate. Et ſic punctus: qui eſt minimum in
quãtitate: nec eſt quãtitas: nec pars quãtitatis loquẽdo
de parte itegrali. Sic tale minimũ nõ erit materia: nec
pars materie. Cũ ergo habitum ſit ꝙ in parte punctali:
nec eſt corpus chriſti: nec pars eius erit corpus chriſti ⁊
eius quãtitas ſub hoſtia idiuiſibiliter vt ſtat indiuiſio
ad partem ſm̄ ſpēm: non ad partem ſm̄ materiam.

Propoſitio.XII.

SImultas partium chriſti in qualibet
parte hoſtie nõ ꝯfundit ordinē ptiuz
ad ſeinuicē: ⁊ ad totũ: lꝫ tollat ordi
nem partiũ ad locum.

Aperitio.

⁋ Oſtendebať ſuperius ꝙ xp̄o exiſtēte ſub hoſtia com
petit poſitio que eſt differētia quãtitatis: nõ aũt que eſt
ꝑdicamentũ. Cum ergo poſitio que eſt differētia quãti
tatis dicat ordinē partiũ ad totuz. Illa vͦo que eſt ꝑdica
mentũ dicat ordinē partiũ ad locum: ſatis ex illo caplõ
poſſet haberi veritas huiꝰ capli. videlꝫ ꝙ modus exiſtē
di: quē habet xp̄s ſub hoſtia nõ tollit ordinē partiuz ad
totũ: lꝫ tollat eoꝝ ordinē ad locuz: tñ qꝛ parũ inſtructis
in ſciētia nõ ſatiſfit per verba cõia ⁊ niſi eis manifeſtē
tur pͥncipia ⁊ inde ꝯcluſiones educãtur neſciunt ſeipos
mouere: ⁊ eoꝝ nõ quieſcit intellectus. Immo modicuz
ligamentum eos ligat. Ideo ne forte ligaret tales illud
qͦd ſuperius dictum eſt de ſimultate partium chriſti. bo
num eſt vlterius aperire veritatē. Nam ſi ordo partiuz
in toto requirit ꝙ caput ſit ſupra pectꝰ: et genu ſit ſupra
tibiam: ſi vbi eſt vna pars corporis chriſti: ibi eſt queli
bet pars: inter partes ſic exiſtentes non reſeruabitur di
ctus ordo. Non enim vt videť eſt intelligibile ꝙ caput
ſit ſimul cum pectore: ⁊ tamen ſit ſupra pectus. ⁋ Ut
ergo tollať dubitatio tacta duo declarabimus. Primo
enim oſtendemus ꝙ in chriſto exiſtēte ſub hoſtia de ne
ceſſitate reperitur ordo partium ad totum: ⁊ ordo par
tium ad ſeinuicem. Secũdo declarabimus ꝙ ſimultas
partium talem ordinez non confundit. ⁋ Propter pͥ
mum notandũ. ꝙ ordo partium ad totum: ⁊ ordo carnis

adiuicem ſunt relationes quedã. Nam ipſa relatio ſm
ſuam quiditatẽ: ⁊ eſſentialiter eſt ordo quidaʒ. Et ordo
lʒ mãliter ſumptus dicat ipãs res ordinataſ: formaliter
tamẽ ⁊ ſm ſe acceptus eſt relatio quedaʒ. Predicti aũt
ordines: ſiue predicte relõnes cõnexionẽ quãdaʒ habẽt
ad ſeinuicẽ. Non. n. eſt ordo partiũ ad totuʒ niſi ſit ordo
partiũ ad ſeinuicẽ. Nam niſi ipſe partes ordinate cõſti/
tute eſſent: totũ nõ cõſtitueret: toto aũt nõ cõſtituto nõ
eſſet ordo partiũ ad totum. Si ergo oſtẽdere poſſumus
ꝙ chriſto exiſtẽti ſub hoſtia competit ordo partiũ ad to
tum: oſtenſum erit ibi eſſe ordinẽ partiũ ad ſeinuicem.
¶ Notãdũ ergo xp̃m ſic eſſe ſub hoſtia ꝙ ptes ſunt ibi
rõne totius: nõ totũ rõne partiũ. Nã vt ſuperius diceba
tur. chriſtus ex hoc eſt ſub hoſtia: q2 ſuba panis conuer/
ſa eſt in ſubam eius. Sed ſm Inocentiũ papã ſic totalis
panis in totale corpus conuertitur: ꝙ nulla pars panis
tranſit in aliquã partem corporis. Non. n. eſt itelligibi/
le: q2 totũ trãſeat in totũ: ⁊ pars in partẽ: niſi illud totuʒ
per partes circũſcribat: ⁊ ſit totuʒ in toto: ⁊ pars in par/
te. Si ergo eſſet aliqd qd eẽt totũ in toto: ⁊ totũ in quali
bet parte: ⁊ conuerteret in aliqd qd ſimiliter eſſet facta
conuerſione totum in toto: ⁊ totuʒ in qualibet parte. ta/
lis conuerſio ſic eſſet totius in totũ ꝙ nullo modo eſſet
partis in partẽ. Cũ ergo totus panis cõuertat in totum
corpus chriſti nõ ſm totalitatẽ quãtitatiuã: ſm quã pa/
nis extendit extenſione hoſtie: eſt totus in tota hoſtia: ⁊
pars in parte. Sed ſi fiat talis cõuerſio ſm totalitatem
ſubalẽ: rõne cuius eſt totus panis in tota hoſtia: ⁊ totus
in qualibʒ parte vt declarabat ſuperius pluribus argu-
mẽtis. Jdeo bene dcm̃ eſt ꝙ in hac cõuerſione mirabili
ſic eſt cõuerſio totius in totũ ꝙ nullo mõ cõuertit pars
in partẽ. Sunt ergo in hoſtia partes rõne toti⁹. Eſt ergo
per ſe ⁊ p̃mo ſub hoſtia totũ corpus chriſti in quod totũ
conuertit tota ſuba panis: ⁊ q2 nõ eſt totuʒ ſine partib⁹
ſi eſt ſub hoſtia totuʒ corpus chriſti ſunt ibi ⁊ partes vt
habẽt ordinem ad totum. Uerum q2 ordo partiũ ad to
tum: vt dicebatur: preſupponit ordineʒ partiũ ad ſeinui
cem: Declaratũ eſt qd p̃mo proponebatur declarandũ.
videlʒ ꝙ in chriſto exiſtẽte ſub hoſtia reperit ordo par/
tium ad totuʒ: ⁊ ordo earum adinuicem. ¶ Reliquuʒ
ergo declarare reſtat. vʒ. ꝙ ſimultas partium talem or/
dinem non confundit. ¶ Notandum ergo ꝙ ordo par/
tium ad locuʒ: ⁊ in vniuerſo aliquando eſt ſimilis ordi/
ni partiuʒ ad totum. aliquando diſſimilis ⁊ in diuerſis
ſpeciebus animatoꝝ exiſtentium ſm ſuum naturale eẽ
reperitur ſimilis ⁊ diſſimilis. Jn homine eniʒ qui habʒ
pedes verſus terram: ⁊ caput erectum ad celum: reperi
tur idem ordo partium ad totum ⁊ ad locum ſuuʒ et ad
vniuerſum. Nam partes que ſunt ſuperiores in toto: q2
magis appropinquant celo: ſunt ſuperiores in loco ⁊ re/
ſpectu vniuerſi. Jn plantis autem in quibus radices te
nent locum oris in animalibus: reperitur ordo conuer/
ſus. Si. n. volumus accipere ſuperius ⁊ inferius in plan
tis ſm ordineʒ partium ad totum. radices ſunt ibi ſupe
rius ⁊ rami iferius: q2 os in animalibus eſt in capite: q2
os eſt ſuperior pars animalis. Jn vniuerſo aũt eſt econ/
uerſo. Nam cum radices ſint in terra fixe: ⁊ ſm locum:
⁊ ſm ordinem vniuerſi radices ſunt inferius: ⁊ rami ſu/
peri⁹. Eſt ergo homo vt plato dicebat platanus ſiue plã/
ta verſa. Siquis ergo verteret homineʒ qd caput habe
ret verſus terrã: ⁊ pedes eleuatos in altuʒ: lʒ caput eſſet
inferius ſm locum: tamen ſuperius eſſet ſm ordinẽ ad
totum. Ubicũqʒ eniʒ ſit caput: ⁊ qualitercũqʒ vertatur
animal: ſemper erit ſuperius: ⁊ pedes erunt inferius lo/
quendo de ordine partium ad totum. Si igit ordo con/
trarius vniuerſi ⁊ ordo contrarius ad locum non tollit
ordinem partiũ ad totum. nulli dʒ eſſe dubiũ ꝙ ſi ordo
partium ad locuʒ omnino tolleretur: adhuc remaneret
ordo partium ad totum. Naʒ ſi poſito capite verſus ter
ram ⁊ inferius: ⁊ pedibus ſitis in altum caput eſſet ſupe
rius ⁊ pedes inferius: Multo magis ſi ſimul cum capi/
te eſſent pedeſ non peruerteretur ordo quin caput eſſet
ſupra pedes. Bene ergo dictum eſt: ꝙ ſimultas partiuʒ
corporis chriſti exiſtentis ſub hoſtia non tollit: nec con/
fundit ordinem quem partes habent ad ſeinuicem et
ad totum.

Propoſitio. XIII.

LIcet xp̃s non ſic ſit ſub hoſtia vt ap
paret imago in ſpeculo. Aliquo tñ
mõ eſt in hoſtia vt ad ſupficiẽ ſpecu
li multiplicat imago. Cõmẽtũ.

¶ Fuit autem in ſuperioribus ſufficienter oſtenſuʒ chri
ſtum nõ ſic eſſe ſub hoſtia vt imago apparet in ſpeculo.
Ad maiorem tamẽ expreſſionem huius veritatis poſſu
mus addere rõnem Jnnocentij pape. v. Qd dicit a qui/
buſdam ꝙ quãdiu ſpẽs panis integra perſeuerat ſub ta
li ſpecie: totale corpus chriſti exiſtit. Diuiſa auteʒ in ſin
gulis partibus incipit eſſe totum: ſicut in ſpeculo dum
eſt integrum: vna tñ inſpicientis apparet imago. Sed
eo fracto tot apparent imagines quot ſunt ibi fracture.
Poſita hac ratione ſubdit: ꝙ cum deus illam virtuteʒ
contulerit verbis vt ad prolationẽ coꝝ corpus dñicum
incipiat eſſe ſub ſpecie ſacramenti: quia illa verba non
proferuntur in fractione: diligenter attendant ⁊ illi qui
hoc docent: vnde corpus chriſti: qd ante fractionem nõ
in ſingulis partibus erat totum: ſed ſub totali ſpecie to/
taliter exiſtebat: poſt fractionẽ vo quot partes ſuſcipit
hoſtia incipit eſſe ſingilatim in ſingulis partibus totuʒ
corpus: qd integraliter erat in integro. certe nõ videtur
via ad euadendum qũo ſaluare poſſumus ꝙ per ſolam
fractionẽ incipiat eſſe chriſtus in ſingulis partibus ho/
ſtie: cum virtus tranſubſtantiandi ſubſtantiam panis
in chriſti corpus nõ ſit data fractioni: ſʒ verbis. Jmmo
ſi ſic vellemus iudicare de exiſtentia chriſti ſub hoſtia:
ſicut de apparentia imaginis in ſpeculo: omnino dicen/
dum eſſet corpus chriſti non eſſe in hoſtia. Nam imago
nõ apparet in ſpeculo: nec etiam eſt in ſpeculo. Solum
enim dyaphanum corpus ſuſceptiuum eſt talium inten
tionuʒ. Specula aũt duriſſimo calibe fieri poſſent. Nõ
eſt ergo imago in ſpeculo: nec apparet in eo loquẽdo de
ſpeculis vſitatis que vtplurimũ ſunt conuexa. Utrum
aũt ſit imago vbi apparet: ⁊ qũo poteſt apparere vbi nõ
eſt: inquirere nõ eſt pſentis ſpeculationis. Sufficiat aũt
nobis tñ patefactũ eſſe chriſtuʒ nõ eſſe in hoſtia: nec vt
appet imago in ſpeculo: nec vt exiſtit in ipſo. Reliquuʒ
aũt eſt oſtendere aliquo mõ xp̃m eſſe in hoſtia vt ad ſu/
perficiẽ ſpeculi multiplicatur imago. ¶ Ad cuius eui/
dentiam aduertendũ intentiões nõ ſuſcipere numeruʒ
a ſubiectis in quibus ſunt. Poſſunt enim in eadem par
te aeris eſſe diuerſe ſpẽs luminariuʒ. quelibet eniʒ pars
albedinis ſe multiplicat in toto medio: ⁊ qd dcm̃ eſt de
albedine itelligẽdũ eſt de qualibʒ ſpẽ itentionali. Eſt g
ſm eſſe itentionale tota albedo in toto medio: ⁊ tota in
qualibet parte. Et qd dcm̃ eſt de medio ſentiendum eſt
de organo. Ad quẽlibet enim punctũ oculi multiplicat
ſpẽm ſuã qlibet punctus rei viſibilis. Jta ꝙ ſimilitudo
rei viſibilis ſuſcipit in toto oculo: ⁊ tota in qlibʒ parte.
Nõ tñ in quolibʒ pũcto oculi fit iudiciũ de quolibʒ pũ/
cto rei viſe. nã ſi p quẽlibet pũctũ oculi viderem⁹ quẽli
bet pũctũ rei viſibilis ⁊ iudicaremus de quolibʒ pũcto

rei viſe: eſſet cõfuſio in videndo. Appareret eniȝ dextra
ſiniſtra: ꝛ ſiniſtra dextra. Nõ.n. iudicare poſſemus que
viſibiliũ ẽẽnt a dextris ꝛ que a ſiniſtris: qꝺ apparet ſen/
ſu falſum eſſe. Propoſitis.n. viſibilibus coraȝ nobis. re
cte eniȝ iudicaremus dextra eſſe a dextris: ꝛ ſiniſtra a ſi
niſtris: qꝺ ideo contingit: qꝛ in cancellatione neruoꝝ
opticoꝝ vbi fit iudiciuȝ de re viſa ſolũ per partẽ dexte
ram iudicamus de dextris: ꝛ per ſiniſtrã de ſiniſtris: ꝛ ꝑ
mediã de medijs. ⁋ Si aũt ratio hꝰ queraꝭ qualiter ꝺ
parte dextra viſibilis fit ſolũ iudiciũ in parte dextra: cũ
ſimilitudo illius partis nõ ſolum ſuſcipiaꝭ in parte dex/
tra: ſed in parte ſiniſtra: ꝛ in qualibet parte. Dicendũ ꝙ
lȝ quilibet punctus rei viſibilis multiplicet ſpẽm ſuam
ad quẽlibet punctum organi: tñ dextra dyametralius ꝛ
fortius imprimunt ſpecies ſuas in parte dextra ꝙ̃ in alijs
partibus. Et qꝛ nõ quelibet impreſſio ſufficit ad viden/
dum ꝛ iudicandũ: ſed ſola impreſſio dyametralis ꝛ for/
tis. ideo lȝ pars dextra viſibilis imprimat ſpẽm ſuaȝ in
quolibet puncto organi: ꝛ tota etiã ſimilitudo rei viſibi
lis ſit in qualibet parte organi: nõ tñ videꝭ totũ viſibile
per quãlibȝ partẽ oculi: nec de parte dextra iudicamus
per quãlibet partẽ organi: ſȝ per dextrã partẽ organi iu/
dicamus de parte dextra rei viſibilis: ꝛ per ſiniſtraȝ de
ſiniſtra: eo ꝙ dicte partes in talibus partibꝰ organi for/
tius ſpẽm ſuã imprimũt: imo ſi qualiſcũq; impreſſio ſuf
ficeret ad vidẽdũ: poſſemus videre que eſſent poſt nos:
ꝛ montes nõ celarẽt nobis viſibilia exiſtẽtia poſt ipos.
Nam ea que ſunt poſt nos: lȝ dyametraliter non poſſint
imprimere ſpẽm ſuã in oculum noſtrũ: cogimur tamen
ad ponendũ ꝙ oculus noſter aliquo modo ſuſcipiat in/
tentiões viſibiliũ exiſtentiũ poſt ipm. Nam cũ res mul
tiplicet intentionẽ ſuã in toto medio que ſunt retro nos
multiplicãt ſpeciẽ ſuã in aere qui eſt ante nos: ꝛ a ſpecie
multiplicata in aere ſituato coraȝ oculis noſtris aliquo
modo ſuſcipitur intentio in oculo noſtro: Tamen quia
hꝰ ſuſceptio eſt debilis per talem ſuſceptionem nõ iudi
camus de viſibilibus. Sic etiã res poſt monteȝ exiſten
tes poſſunt multiplicare ſpẽm ſuam vſq; ad aerẽ qui eſt
iuxta nos. Propter qꝺ oculus noſter põt ſuſcipere ſimi/
litudines illoꝝ viſibilium: nunq̃ȝ tamẽ illa viſibilia vi/
dentur manẽte monte in medio: quia ſic cõditionibus
ſtãtibus nunq̃ȝ dyametraliter ꝛ fortiter oculus ſuſcipit
ſimilitudines illorum. Forte ſi veruȝ eſt qꝺ cõmuniter
ꝛ vulgariter diciꝭ lincum videre poſt montem: iſta poſ/
ſet eſſe cauſa: qꝛ debilis impreſſio ei ſufficit ad vidẽdũ.
poſſunt enim exiſtẽtia poſt montẽ imprimere ſuas ſimi
litudines in oculũ: lȝ nõ dyametraliter: tamen ſi hoc po
nimus opȝ nos ponere aliquaȝ virtutẽ in oculo anialis
ꝑdicti regulantẽ ꝛ dirigentẽ intentões ſuſceptas ne lon
ginqua appareant ꝓpinqua ꝛ econuerſo: ꝛ ne ſiniſtra ap
pareant dextra ꝛ econuerſo. ⁋ Viſo quõ intentiones ꝛ
idola multiplicant ſe in medio ꝛ organo. de facili eſt vi/
dere quõ imagines ꝛ idola ſe multiplicãt ad ſuperficiẽ
ſpeculi. Nam cum quilibet punctus ſuperficiei ſpeculi
contingat aliquẽ punctum aeris: quia in quolibet pun/
cto aeris eſt tota intentio ꝛ tota imago rei viſibilis: opȝ
nos dicere ꝙ nõ ſolũ ad totã ſuperficiẽ ſpeculi multipli
cetur tota imago: ſed ꝙ ad quẽlibet punctũ ſuperficieꝭ
ſpeculi etiaȝ tota multiplicaꝭ imago. Non ergo ſuſcipi/
tur imago in ſpeculo: qꝛ ſpeculũ nõ opȝ eſſe dyaphanuȝ:
ſed ſufficit terſum ꝛ politum vt fiat ibi reuerberatio et
reflexio rõne cuius appareat idolum ꝛ imago. Si enim
eſſet ſpeculũ omnino dyaphanũ: qꝛ non obſiſteret viſui
ꝓpter tranſparentiã nullũ appareret idolum ibi. Non
igitur oportet in ſpeculo ſuſcipi imaginem: tamen ad ſu
perficieȝ ſpeculi multiplicatur imago: eo ꝙ ſuperficies
attingat mediũ ꝛ aerem ſuſceptiuum intentionaliũ ho/
rũ idoloꝝ ꝛ imaginuȝ. Eſt ergo aliquo mõ ſimile de ſu/
ſceptione organi ꝛ de multiplicatione imagĩs ad ſuper/
ficiem ſpeculi. Nam ſicut tota res viſibilis imprimit ſi
militudinẽ ſuam in toto organo: ꝛ tota in qualibet par/
te: ꝛ ſicut ĩtentionalr̃ quilibȝ punctus rei viſibilis mul/
tiplicat ſpẽm ſuã ad quẽlibet punctũ oculi: nõ tamẽ qli
bet punctus ꝛ quelibet pars rei viſibilis videꝭ per quã/
libet parteȝ oculi. Sed vna pars viſibilis videꝭ in vna
parte organi ꝛ in vno loco: ſic quelibet res viſibilis op/
poſita ſpeculo: multiplicat ſuam imagineȝ ad quẽlibet
punctũ ſuperficiei ſpeculi. Non tamen videꝭ in quoli/
bet puncto ꝛ manente ĩtegro ſpeculo nõ videꝭ vna ima
go niſi in vno loco. ⁋ His aũt diligenter ꝑſpectis appa
ret verũ eſſe qꝺ ꝓponebaꝭ. vȝ. aliquo modo ſic eſſe cor/
pus chriſti in hoſtia: nõ ſicut apparet idolũ in ſpeculo: ſȝ
ſicut imago multiplicaꝭ ad ſuperficiem ſpeculi: qꝛ ſicut
tota imago multiplicat ſe ad totã ſuperficiẽ ſpeculi: ꝛ to
ta ad quẽlibet punctũ ſuperficiei. ſic totus xp̃s eſt in to/
ta hoſtia: ꝛ totus in quolibet puncto hoſtie. Sed ſic di/
cendo videmur cõtradicere his que ſuperius diximus.
Dicebatur.n. in precedentibus ꝙ ſic eſt totus chriſtus
in qualibet parte hoſtie: ꝙ tamen in parte punctali ho/
ſtie nec eſt corpus xp̃i: nec pars corporis. Sed ꝙ in hoc
nõ ſit contradictio cum inferius de hoc occurret mate
ria poterit declarari. Ad preſens tamẽ oſtenſum ſit quõ
ſit ſimile: ꝛ quo modo diſſimile ꝓut comparaꝭ xp̃us ad
hoſtiam: ꝛ imago ad ſpeculuȝ: ꝓpter qꝺ ſi dcm̃ alicuius
ſancti inueniaꝭ: per qꝺ exiſtẽtia chriſti in hoſtia accipia
tur ſm̃ ꝓportionem quam habet imago ad ſpeculuȝ: di
ligens inq̃ſitor nõ credat eſſe ſimile per oẽm modũ: ſed
ei ſufficiat ſm̃ tactam exilem ſimilitudinem exponere
dicta ſanctorum.

Propoſitio.XIIII.

Secundũ doctoꝝ ſententias videtur
eſſe tenendũ ꝙ xp̃s vt eſt in loco pro
prio: ꝛ vt hȝ eſſe in hoſtia ad corpo/
ra glorificata: ꝛ nõ glorificata mõ op
poſito cõparatur.

Declaratio.

⁋ Videtur eniȝ eſſe cõis doctoꝝ ſententia ꝙ corpus glo
rificatũ cuȝ nõ glorificato ſimul in eodẽ loco poteſt exi
ſtere: glorificatum aũt cum glorificato ſimul eſſe nõ po/
teſt. Hoc auteȝ quo modo verum eſt nõ diffiniemus ad
preſens: ſed auxiliãte deo ſi locus occurret vt de corpo/
ribus reſurgentiũ poſſimus aliquẽ tractatuȝ compone/
re: ꝛ ibi oſtendeꝭ quo modo veritas ſic ſe habeat vt pro
ponebatur. Tamen vt aliqualiter q̄eſcat ĩtellectus: po
teſt ad hoc talis ratio aſſignari: qꝛ que ſm̃ eandẽ rõneȝ
comparantur ad locũ nõ videꝭ ꝙ in eodem loco ſimul
poſſint eſſe: ſed que differẽter comparanꭍ nõ eſt ĩconue/
niẽs ſimul eſſe. Videmus.n. ꝙ angelus ꝛ corpus ſimul
eſſe poſſunt: qꝛ ſpũali ſubſtantie nõ cedit corporalis vt
põt haberi a Damaſce. libro 2°. caplo 3°. vbi ait: ꝙ ange/
li nõ circũſcribunꭍ: nec continenꭍ a parietibus ꝛ ianuis
ꝛ clauſtris. ſic etiã ſuba ſeparata ꝛ anima in eodem cor/
pore poſſunt eſſe. Demones eniȝ ſubintrant corpora hu
mana: ꝛ põt haberi ex textu euangelico. Cũ q̃ aĩa rõna/
lis ſit in q̃libet pte corporis tota. vt vult Augu. 6. de tri.
cap°. 7°. In quacũq; pte corporis ponaꭍ demon ſimul in
illa parte erit demon ꝛ aĩa. Sed hec iõ contingunt: qꝛ
ſpũs ꝛ corpus nõ codeȝ mõ comparãtur ad locum: ꝛ de/
mon ꝛ anima nõ eodẽ modo ſunt in corpore. Sic etiam
deus eſt in qualibȝ creatura: ꝛ eſt ſil'cũ q̃libet creatura.

Qualiter q̃nũ nalle ꝺ viſiõe ꝛ multiplicatiõe ſpecierũ in oculo.

Non eſt imago in ſpeculo.

qꝛ nō eodem mō eſt in loco creatura ⁊ deus: ſed due ani-
me nō ſimul poſſunt eſſe in corpore eodeʒ: ⁊ duo angeli
nō poſſunt eſſe in eodeʒ loco: ⁊ ſi eſſent duo dij vbi eiſſet
vnus nō poſſet eſſe alius. Qꝛ ergo duo corpora glorifica-
ta eodē mō comparanť ad locū: per nullā ꝓprietatē exi-
ſtentē in corpore glorificato. pōt vnuʒ corpus glorifica-
tuʒ eſſe cū alio corpore glorificato: niſi hoc deus faceret
ſpeciali miraculo: ſed corpus glorificatū ⁊ non glorifica-
tum diuerſimode comparanť ad locū: ideo nō eſt incon-
ueniens etiam abſq; miraculo talia duo corpora ſimul
eſſe. Non. n. videť rōnabile ſemper ad motū cuiuſlibet
corporis glorificati deum operari ſpāle miraculū: lʒ enī
ſit alia claritas lune ⁊ alia claritas ſolis: ⁊ corpora glori-
ficata nō ſint paria: vnū tamē nō eſt māle reſpectu alte-
rius: ꝓpter qd̓ duo talia corpora in eodē loco ſimul eſſe
nō poſſunt. Sicut qꝛ omnis albedo ſm̄ eandē rōneʒ vi-
detur comparari ad ſuum ꝓpriū ſuſceptiuū: quātūcūq;
vna albedo ſit clarior alia. Due tñ albedines in eodem
ſubiecto eſſe ſimul nō poſſunt. Utrū aūt per miraculuʒ
poſſent fieri aut nō: nō eſt preſentis ſpeculationis. Tñ
tamen dictū ſit ꝙ ſicut due forme eiuſdem rationis nō
poſſunt eſſe in eadeʒ parte ſubiecti: vt due albedineʒ nō
poſſunt eſſe in eadem parte pomi: diuerſarum tamen ra-
tionum poſſunt: vt ſaporeʒ ⁊ colorem eſſe in eadem par-
te pomi nō videtur inconueniens: ſic duo corpora glori-
ficata: ⁊ nō glorificata niſi per ſpeciale miraculuʒ ſimul
eſſe nō poſſunt. Corpus tamē glorificatū cum nō glorifi-
cato etiā abſq; miraculo ſimul eſſe nō videtur inconue-
niens. ¶ Hoc viſo ⁊ his ſuppoſitis ſequi videť ꝙ xp̄us
vt eſt ſub hoſtia: ⁊ vt eſt in loco ꝓprio ſiue vt eſt in celo
ad corpora glorificata: ⁊ ad corpora nō glorificata com-
parať oppoſite. Nam vt eſt in celo: ⁊ vt eſt alicubi loca-
liter pōt ſimul eſſe cū corpore nō glorificato: niſi fiat ibi
ſpāle dei miraculū: ſed vt eſt ſub hoſtia eſt econuerſo: qꝛ
nō poteſt eſſe ſimul cuʒ corpore nō glorificato: niſi forte
per ſpāle dei miraculū: ſed nō videť repugnare corpori
glorificato quin poſſit eſſe ſimul cū hoſtia. ¶ Ut auteʒ
hoc appareat notandū ꝙ: qꝛ dimenſiones corporis chri-
ſti ſunt in hoſtia mediante ſubſtātia: ſi hoſtia cōſecrata
nō poteſt eſſe ſimul cum alio corpore: hoc nō eſt ratione
dimenſionū corporis chriſti: qꝛ ſic eſt corpus chriſti ſub
hoſtia ꝙ nō eſt aptum natum reſiſtere alijs dimenſioni-
bus: cū dimenſiones corporis chriſti non ſint ibi per ſe.
Tota ergo cauſa iſtius reſiſtētie ſunt dimēſiones iſtius
hoſtie. Nam ſm̄ ph̄um ſi dimenſiones eſſent ſeparate
adhuc reſiſterent: ⁊ nō compaterentur ſecum dimenſio-
nes alias: lʒ ḡ dimēſiones hoſtie cōſecrate ſint ſine ſub-
iecto: tamen quia per ſe eſt dimenſionū reſiſtentia: ideo
dimenſiones ille reſiſtunt: ⁊ non compatiunť ſecum di-
menſiones niſi eſſent tales dimenſiones que difformi-
ter comparenť ad locum. huiuſmodi ſunt dimenſiones
corporis glorificati. Si ergo dimēſiones corporis chri-
ſti nullā reſiſtentiam faciunt quin poſſit eſſe hoſtia ↄſe-
crata ſimul cū alio corpore. Sed tota ratio reſiſtētie ſu-
mitur ex dimēſionibus hoſtie per ſe loquendo: qd̓cūq;
corpus poterat ſimul eſſe cū hoſtia non conſecrata pote-
rit ſimul eſſe cum hoſtia conſecrata. Corpori autem glo-
rificato: quia nō repugnat eſſe ſimul cum hoſtia nō con-
ſecrata: eo ꝙ corpus glorificatū ſimul cum nō glorifica-
to eſſe pōt: nō repugnabit tali corpori eſſe ſimul cum ho-
ſtia cōſecrata. Secundū ergo hanc viā ideʒ corpus xp̄i
poſſet ſimul ſacramētaliter ⁊ localiter eſſe: ſed nō eodē
modo: ſed ſacramētaliter eſſet ibi: eo ꝙ ſubſtātia panis
eſſet cōuerſa in corpus eius: localiter auteʒ ibi eſſet per
dimenſiones proprias. Si enim corpus chriſti glorioſuʒ
potuit ſimul eſſe cum ianuis: poteſt ſimul eſſe cū hoſtia
non conſecrata: ⁊ per conſequens ſimul eſſe poteſt cum
hoſtia conſecrata. ¶ Aduertendum tamen ꝙ ⁊ ſi nō re-
pugnat corpori glorificato ſimul eſſe cum hoſtia conſe-
crata: tamen propter reuerentiam ſacramēti nunq̄ hoc
contingit: imo ſi aliquis ſanctus habens glorificatū cor-
pus videret aliquā hoſtiam conſecratam: quia credibi-
le eſt ꝙ per aliqua ſigna: vel per reuelationē vel aliquo
alio modo cognoſceret ibi corpus chriſti: non tranſiret
per ipſam: ſed eam adoraret ⁊ veneraretur: videns ibi
eſſe illum deum per queʒ facta eſt redemptio totius hu-
mani generis: imo quia peccaret ſi taleʒ hoſtiam vidēs
nō veneraretť eam: ſed tranſiret per ipſam: bonum intel-
lectum habere poſſet dcm̄ dicentis corpus glorificatū
non ſimul poſſe eſſe cum hoſtia: non propter reſiſtentiā
dimenſionuʒ: ratione cuius de poſſibilitate ⁊ impoſſibi-
litate loqui intendimus: ſed quia habentes glorificata
corpora peccare non poſſunt. Manifeſtum eſt ergo quo-
modo corpus glorificatum poteſt eſſe ſimul cum corpo-
re chriſti vt exiſtit in hoſtia. Qꝛ autem corpus non glo-
rificatum non poſſit ſimul eſſe cuʒ hoſtia conſecrata pa-
tet: quia dimenſiones remanent ipſiuʒ hoſtie: que ſecuʒ
non compatiuntur dimenſiones aliquas non glorioſas.
Patet ergo ꝙ ratione dimenſionuʒ corporis chriſti: vt
habet eſſe in loco proprio: ⁊ in hoſtia: eſt comparatio op-
poſita ad corpora glorificata ⁊ nō glorificata modo quo
dictum eſt: quod declarare volebamus.

Propoſitio. XV.

Chriſtus prout exiſtit in hoſtia vide-
ri nō poteſt ab aliquo alio oculo cor-
porali. Declaratio.

¶ Conſequēter reſtat oſtēdere ꝙ nullus alius a chriſto
videre pōt xp̄um exiſtentem in hoſtia corporali oculo.
Hoc autem declarare poſſumus triplici via. Eſt autem
in quolibet ſenſu tria conſiderare. ſ. obiectum qd̓ ſenti-
mus. Modū quē habemus in ſentiendo. Et mediū per
quod defertur ſpecies ſenſibilis vſq; ad organū ſenſus.
¶ Primo ergo oſtēdemus xp̄m nō poſſe videri ab ali-
quo alio corporaliter prout exiſtit in hoſtia ex parte ip-
ſius obiecti ſenſibilis. ¶ Ad cuius euidentiam notan-
dum ſm̄ ph̄m in 2°. de anima: ꝙ ſenſibile diciť triplici- T. c. 63.
ter: quoddam enim eſt ſenſibile ꝓprium: vt illud quod
percipitur vno ſenſu vt color viſu. Et ſonus auditu: ⁊ ce-
tera alia ſenſibilia que ſentiūtur vno particulari ſenſu.
Senſibile vō cōmune eſt illud qd̓ percipitur pluribus
ſenſibus: vt magnitudo: ſiue quātitas continua: nume-
rus: motus: quies: ⁊ figura. Hoꝝ aūt vnūquodq; non ſo-
lum vnus ſenſus percipit: ſʒ plures. ideo huiuſmodi ſen-
ſibilia: lʒ ſint ſenſibilia per ſe: nō per accidens: dicunť ta-
men ſenſibilia cōmunia rōne pluriū ſenſuuʒ: quoꝝ ſunt
obiecta. Senſibile vō per accidēs eſt illud qd̓ nihil effi-
cit in ſenſu. Tamē qꝛ eſt ſubiectū vel cōiunctū ei qd̓ ſen-
titur per ſe. ideo diciť ſenſibile per accidēs. vt diarij fi-
lius per accidens ſentitur: qꝛ in eo habent eſſe magnitu-
do: ⁊ color que ſentiunť per ſe. Inter hec autem ſenſibi-
lia eſt hic ordo: qꝛ ſenſibile cōmune ⁊ ſi ſentiť per ſe: nō
tamē ſentiť p̓mo. Nam illud eſt p̓muʒ ſm̄ ph̄m in p̓mo
poſterioꝝ: cui eſt alteri per ip̄m: nō ipſi per alterū: vt qꝛ
habere tres competit triangulo p̓mo: cuicūq; competit
talis paſſio: competit per triāgulū: ⁊ ſi ab omni alio re-
moueretť habere tres nō remoueretur a triangulo. Si
ergo ſenſibilia cōmunia ſentirentur p̓mo ſi nihil aliud
ſentiretur adhuc poſſet ſentiri magnitudo: ⁊ quodlibet
aliud ſenſibile cōē. hoc aūt eſt falſum. Nā ſi eſſet aliqd̓:

qõ eſſet quantũ: ⁊ nõ haberet in ſe aliquã qualitatẽ ſenſibilẽ:nõ poſſet ſentiri aliquo ſenſu. Nunq̃.n.videmus aliquod quantũ niſi ſit coloratũ vel lucidum: nec aliqõ quantuꝫ tangi põt:niſi ſit durũ:vel molle:vel habeat in ſe qualitates actiuas:vel paſſiuas:ẽt diſcurrendo per ceteros ſenſus:manifeſte apparet ꝙ nunq̃ ſentit̃ ſenſibile cõe niſi habeat annexũ ſenſibile ꝓpriũ mediãte quo moueat ſenſum.

Af dicat mathe⁹ abſtrahe re a mate ria ſenſibi li ⁊ ſi nõ a q̃titate.

Et inde eſt ꝙ q̃ꝛ mathematicus abſtrahit a quali:lꝫ nõ abſtrahat a quanto:dicit̃ tñ abſtrahere o mã ſenſibili:q̃ꝛ quãtũ nunq̃ facit ſe in ſenſu: niſi mediãte quali. ſi ergo ſenſibile cõe nunq̃ moueret ſenſuꝫ niſi mediãte ſenſibili ꝓprio : multo magis ſenſibile per accñs per ſe acceptũ nõ põt mouere ſenſuꝫ: ſm̃ eniꝫ quãdã adaptationẽ loquẽdo dicere poſſumus:ꝙ a ſenſibili ꝓpͦ hꝫ eſſe actio:ſed a ſenſibili cõmuni hꝫ eſſe modus agendi.a ſenſibili vͦ per accñs nec eſt ꝓpe:nec immediate loquendo actio:nec modus agendi. Color.n.ipſe ⁊ lux agunt ⁊ mouent viſuꝫ:⁊ q̃ꝛ q̃cq̃d videt̃: videtur per modũ piramidis ⁊ ſub angulo. Modus ergo agendi ſumitur a magnitudine: ⁊ a ſuperficie que eſt baſis illius piramidis ſm̃ quã percipitur viſibile. Filius autẽ diary ſentitur per accidẽs. Nec proprie ⁊ imediate agit in ſenſu:nec ab eo ſumit̃ modus agendi proprie loquendo. Ergo de tactu naturali imediatius attingit paſſuꝫ qualitas:q̃ꝫ quãtitas:q̃ꝛ quantuꝫ nõ mouet paſſum: niſi mediante quali. Immediatius.n.color mouet aerem: ⁊ viſum:q̃ꝫ ſuperficies. Cum ergo in ſacramẽto eucharistie per ſe p̃mo ſit ibi ſubſtãtia. ex cõſequenti aũt ⁊ ex naturali cõcomitantia ſunt ibi cetera accidentia:cum quãtitas imediatius adhereat ſubſtantie:q̃ꝫ qualitas: vt oſtẽdit Cõmẽtator in.iz.metaphy. Naturali ordine in hoc ſacramẽto eſt p̃us ⁊ imediatius quãtitas q̃ꝫ qualitas. ſi

Com.z.

ergo corpus chriſti exiſtẽs in hoſtia deberet agere in viſum:q̃ꝛ ſicut res ſe hꝫ ad eſſe:ita ſe habet ad agere: imediate moueret viſum ſubſtãtia: ⁊ mediante ſubſtantia moueret viſum quãtitas:⁊ mediãte quãtitate qualitas: ⁊ eſſet ibi totus modus cõtrarius modo queꝫ videmus in actione ſenſibilium:qõ ſtare nõ põt: imo cum ſubſtãtia ſit ſenſibilis omnino per accidẽs: ⁊ imediate nõ poſſit agere in ſenſum:⁊ etiam cũ quãtitas per ſe niſi qualitas itercidat media nõ poſſit mouere ſenſum: patet ꝙ ex parte ipſius obiecti ſenſibilis ꝙ chriſtus exiſtẽs ſub hoſtia:nec viſu:nec alio ſenſu ſentiri põt:qõ p̃mo proponebatur declarandũ. Secunda aũt via od oſtendendum hoc idẽ ex parte modi agendi de leui patet. Nam modus agendi in viſum: vt tactum eſt: eſt per modum piramidis:huiuſmodi autẽ piramidis baſis eſt quãtitas. Nũq̃ enĩ põt eſſe piramis niſi habeat baſim extenſam. Nunq̃ ergo poterimus ſaluare modũ videndi ratione:cuius nõ poſſumus dicere ꝙ chriſtus videatur in hoſtia:hoc aũt pꝫ ex eo ꝙ chriſtus nõ eſt in hoſtia modo extenſo:quia nõ eſt totus chriſtus in tota hoſtia ⁊ pars in parte: ſed eſt totus in tota: ⁊ totus in qualibet parte. Qꝛ aũt ſic ſe habet olicubi non põt eſſe baſis alicuius piramidis. Rurſuꝫ:q̃ꝛ eſt ibi quãtitas mediãte ſubſtãtia:⁊ nõ eſt ibi chriſtus quãtitatiue:lꝫ ſit ibi quãtus: cũ piramis non poſſit fundari imediate ſuper ſubam: q̃ꝛ piramis eſt figura:⁊ omnis figura ſit qualitas in quãtitate:vt dr̃ in predicamẽtis:⁊ etiã vt habet̃ in 5ͦ metaphy. Nullo modo ſaluare poſſumus ꝙ chriſtus videat̃ ſub hoſtia ab oliquo alio:cum ibi ſaluare nõ poſſumus modum videndi. Nunq̃ enĩ agẽs agit in paſſum:niſi ſit ibi debitus ordo:⁊ debita ꝓportio iter actiuũ ⁊ paſſiuum:⁊ niſi ſit ibi omnis ille modus qui de neceſſitate reqritur ad actionẽ ⁊ paſſionẽ.ſicut aũt ablato mõ agendi ceſſat actio:ſic nõ exiſtente modo vidẽdi nõ eſt viſio. Tertia via ex parte medy ſic hẽtur. Nunq̃.n.ſenſibile mouet ſenſum niſi imediate attingat mediũ per qõ deferatur ſpẽs ſenſibilis vſq̃ ad organuꝫ ſenſus. Chriſtus aũt vt eſt in hoſtia nullo modo imediate attingit aereꝫ: ſed dimẽſiones hoſtie imediate aerem attingũt. Ipſa ergo hoſtia vel ipſe dimẽſiones panis poterunt percipi viſu. Chriſtus aũt ibi exiſtẽs videri nõ poterit: nõ poſſumus aũt dicere: ꝙ q̃ꝛ dimenſiones ille videnẽ ſub q̃bus exiſtit xp̃s:ꝙ ideo xp̃s videat̃ per accidẽs:ſicut filius cleonis per accidens videt̃:q̃ꝛ ſuperficies colorata ſub qua exiſtit filius cleonis videt̃ per ſe. Nam dimẽſiones hoſtie nõ ſunt in chriſto ſicut in ſubiecto: ſicut ſuperficies colorata eſt vt in ſubiecto in filio cleonis:⁊ ille dimẽſiones panis nõ ſunt apte nate ducere in cognitionem ſubſtantie corporis xp̃i:ſicut illa ſupficies eſt apta nata ducere in cognitioneꝫ ſubſtantie fily cleonis. Patet ergo xp̃m non videri ab aliquo alio:nec percipi aliquo ſenſu ꝓut habet eſſe ſub hoſtia:qõ declarare volebamus.

Propoſitio.XVI.

Chriſtus oculo corporali ſe nõ videt in hoſtia prout in hoſtia habet eſſe.

Declaratio.

tiam a materia vt eſt in animalibus.Materia tñ vt eſt
in animalibus exiſtens:habet quẽdam modũ quãtitati
uum vt organizationẽ quã non habet vt eſt in alijs mix
tis.⁊ ratione huius animalia dicunᷣ compoſita ex corpo
re ⁊ forma:ſiue ex corpore ⁊ anima:qꝛ materia organiza/
ta põt dici corpus:mixta inanimata dicuntur compoſi/
ta ex mã ⁊ forma:qꝛ forma coꝝ nõ ꝓprie reqrit organiza
tam materiam:ideo non proprie dicuntur compoſita ex
corpore ⁊ forma.Et ſicut declarauimꝰ materiam in aĩali
bus proprie habere rationẽ corporis vt cõparatᷣ ad aĩaꝫ
tãq̃ ad formam:⁊ oſtendimꝰ hoc non contingere in re/
bus inanimatis:ſic oſtendere poſſumus materiã in aĩali
vt comparatᷣ ad animam tãq̃ ad motorem habere rõnẽ
corporis:vt tamẽ eſt in elemẽtis ⁊ in his que nõ mouen/
tur ex ſe non poteſt dici corpus.¶ Ad cuius euidentiaꝫ
notandum ꝙ inanimata nõ mouenᷣ niſi ad vnã differẽ/
tiam poſitionis tñ.⁊ per vnam nãm tñ.vt grauia ꝑ nãꝫ
grauis mouentur tñ deorſuꝫ:⁊ leuia per naturam leuis
mouentur tñ ſurſum.Cum ergo forma grauis per graui
tatem eſt rõ quare graue moueatur deorſum:nihil rema
net in graui propter qḋ reſiſtat illi motui:ideo res mota
in grauibus dicitur eſſe materia tñ:⁊ aliquid qḋ eſt i po
tentia ſolũ:qꝛ amota forma grauis que videtᷣ ſe habere
vt motor.materia quãtũ eſt de ſe eſt in plena obediẽtia
ad motum illum:qꝛ nihil eſt in ea:ꝓpter qḋ poſſit reſiſte
re tali motui.Unde ſi ſubtraheretur reſiſtẽtia medij:⁊
grauia mouerenᷣ in vacuo vt dicebatᷣ:motus ille eẽt in
inſtanti.Sed in animalibus nõ ſic.Animalia enim mo/
uentur ad omnem differentiam poſitionis:⁊ non mouẽ/
tur vnoꝰ tñ.Mouentur enĩ tam ꝑ grauitateꝫ q̃ ꝑ appe
titũ:⁊ cũ aĩa mouet ſm appetitũ nõ ẽ mã in plena obedi
entia ad motũ illũ.immo ꝑ grauitatẽ reſiſtit illi motui:
ideo mã exiſtens in animali vt cõparatᷣ ad aĩam tanquã
ad motorẽ:qꝛ hꝫ aliquid per qḋ reſiſtat:induit rõnẽ exi/
ſtentis in actu:ideo meretᷣ nomẽ corporis:loquendo ẽt
de animatis vbi poſſumꝰ ponere vnam formaꝫ tñ:vt ſi
in ceruo non eſſet niſi aĩa ſolum:ceruo cõpeteret duplex
motus.vnus deorſum per grauitatẽ:⁊ prout ſm talẽ mo
tum cõparatᷣ materia cerui ad formã ſuam:nullo modo
meretur nomẽ corporis:qꝛ nõ haberet rationem exiſten
tis in actu:cuꝫ nõ haberet per quid reſiſteret tali motui:
ſed prout ceruus mouetur per appetitum qui motus eſt
anime ſm ꝙ anima:⁊ ſic materia exiſtens in eo vt cõpa/
ratur ad animam poteſt appellari corpus.habet enim ꝑ
quid reſiſtat dicto motui:qꝛ ꝑ grauitateꝫ ideo poteſt ap
pellari corpus:qꝛ induit rationem exiſtentis in actu.pꝫ
ergo ꝙ materia in aĩalibus vt cõparatᷣ ad aĩam meretᷣ
nomẽ corporis:ſiue comparetur ad eam vt formam:ſiue
vt ad motorem.Sed non propter eandem cauſam ſic ⁊
ſic meretur nomẽ corporis.Sed vt comparatur ad ani/
mam materia exiſtens in animali ⁊ vt ad formã meretᷣ
nomẽ corporis ꝓpter organizationem.ſed vt comparatᷣ
ad eam vt ad motorem:põt dici corpus propter reſiſten/
tiam.In elemẽtis vero ⁊ in rebus inanimatis:qꝛ forme

cozum non pꝛopꝛie requirunt organizatā mām:nec materia cozum habet per quid reſiſtat forme mouentis:ſiue vt eſt ratio mouendi:nullo modo materia in talibus reſpectu ſue forme meretur nomen corporis:⁊ talia nō poſſunt dici moueri ex ſe. Nō eniȝ ſūt cōpoſita ex corpore ⁊ forma:ſed ex materia ⁊ forma. Non enim ſunt diuiſibilia in talia duo:quozum vnū ſit per ſe mouens:⁊ aliud per ſe motum. Nam ſi forma in elementis poteſt dici per ſe mouens:qꝛ dicit aliquid in actu.materia tñ non poteſt dici per ſe mota:qꝛ nominat quid in potentia ſolū
Com.25 Bene ergo dicit Cōmen.in 4.° celi ⁊ mūdi.ꝙ grauia ⁊ leuia mouent per ſe:ſed mouentur per accidens.❡ Patet igitur verum eſſe qđ in theoremate ꝑponebat̃ ꝙ materia in animalibus vt cōparatur ad animam:meretur nomen corporis:ſed vt eſt in elementis ⁊ vt cōparatur ad formas alias corporales:corpus appellari nō poteſt.Qđ vero correlarie addebat̃ ꝙ materia organizata in chriſto cōgrue poteſt dici corpus.viſis ꝑdictis dubitationeȝ non habet.

Propoſitio.XXXII.

Si non excedit rationem poſſibilis ꝙ panis materia conuertatur in materiam corporis chriſti:⁊ forma in formam:conuerſio totius ſubſtantie panis in ſolam materiam non eſt impoſſibilis reputanda.

Declaratio.

❡ Si poneremus in quolibet compoſito vnam formam ſubſtantialem tm̄:⁊ diceremus ꝙ in chriſto non fuit forma ſubſtantialis niſi aïa ſolum:cū cōuertitur ſuba panis in corpus chriſti:oporteret nos dicere in ſolam māȝ panis ſubſtantiam eſſe conuerſam. Corporalia enim in ſpiritualia conuerti non poſſunt. Omnes enim cōcedūt ꝙ ſic totus chriſtus eſt in tota hoſtia:ꝙ tñ in animam xpi nihil eſt conuerſum.anima eniȝ eius ē ſub ſacramēto altaris ſolum ⁊ naturali cōcomitantia:nō ex vi ſacramēti: qꝛ nec mā panis:nec aliquid in pane exiſtens conuerſuȝ eſt in animam:⁊ ſi non ē ibi anima ex vi ſacramenti:multo magis nō eſt ibi diuinitas:vt appellaremus eſſe ex vi ſacramenti in quod aliquid eſt conuerſum. Si enim nihil panis poteſt cōuerti in animaȝ multo minus poterit conuerti in diuinitatē.❡ Rurſum nulluȝ accidens xpi eſt ibi ex vi ſacramenti:qꝛ nihil eſt conuerſuȝ in aliquod accidens eius.ſpāli enim nomine vt infra dicetur iſta cōuerſio appellat̃ tranſubſtantiatio:qꝛ ſubſtantia panis cōuertitur in ſubſtantiam corporis.nullum tamen accidēs panis conuertitur in aliquod accidens in chriſto exiſtēs Sed ſi in corpore chriſti non eſt forma ſubſtantialis niſi anima:quicqd erit in chriſto vel erit materia:vel diuinitas:vel anima:vel accidens. Si ergo nihil conuerſum ē in diuinitatem:nec in animam:nec in accidētia:oportet ſubſtantiam panis conuerſam eſſe in ſolaȝ materiā. Sȝ ponendo plures formas in compoſito:⁊ dicēdo ꝙ corpꝰ chriſti per aliam formam eſt corpus ⁊ animatum:poteſt eſſe duplex modus dicendi de conuerſione ſubſtātie panis in corpus chriſti.❡ Primo ꝙ talis conuerſio fiat in materiam organizatam que poteſt dici corpus:⁊ qꝛ mā organizata loquendo de organizatione ſm̄ partes materie non dicit niſi ſolam materiam:ſm̄ iſtum modum loquendi tota ſubſtantia panis conuertet̃ in ſolam materiam.❡ Secūdo modo poteſt intelligi talis conuerſio ꝙ corpus non dicat materiam ſolum:ſed dicat materiā cum forma corporeitatis:⁊ panis cōuerti dicatur in corpus chriſti:quia materia panis conuertitur in materiaȝ corporis chriſti:⁊ forma in formam.Quod aūt iſtorū verum ſit non eſt preſentis theorematis diffinire. Sed in dicto theoremate dicitur ꝙ ſi eſt poſſibile ꝙ materia panis conuertatur in materiam corporis chriſti:⁊ forma in formam:conuerſio totius ſubſtantie panis in ſolam materiam non eſt reputanda īpoſſibilis.❡ Triplici eni via oſtendere poſſumus ꝙ ſi poteſt materia alicuius conuerti in materiam ⁊ formam:ꝙ poteſt totum compoſitum conuerti in ſolam materiam:loquendo de formis de potētia materie eductis:quia de talibus loqui ſpectat ad preſens.❡ Prima via ſumitur ex eo ꝙ materia forme non cōtrariatur.❡ Secūda via habet̃ qꝛ omnes forme de potētia materie educte quodāmodo virtualiter clauduntur in ipſa materia:aliter non dicerentur educi ⁊ extrahi de potentia materie eius.❡ Tertia via habet̃ qꝛ forme materiali:de qua loquimur cōpetit:potentialitas ⁊ paſſibilitas propter materiam:ſicut ecōuerſo materie cōpetit actualitas ꝑꝑ formā.❡ Pria via ſic pȝ: qꝛ vt dicit Cōmen.in ꝑmo phyicoꝝ.nūꝗȝ vnū cōtrarioꝝ fit eēntialiter reliquū:albedo enim nō fit nigredo. Com.51. Sic ergo verificatur ex albo fieri nigrum:qꝛ mā que erat ſub forma albi:fit ſub forma nigri.Et inde eſt ꝙ phꝰs in ꝑ phyicoꝝ T.cō.51. probat ꝙ eſt dare materiam ſubiectam vtriqȝ contrariorum.forma ergo forme contrariatur inquantum forma vna exiſtens in materia non compatitur ſecū aliam. Sȝ materia nulli forme cōtrariat̃:qꝛ ſub qualibet forma eē poteſt.ideo Cōmen.in ꝑmo phyicoꝝ ſuper illo verbo. Com 52. Cū non dicamus ſubſtantiam eſſe contrariam qualiter ex non ſubſtantijs fiet ſubſtantia:vult ꝙ ſubſtantia ſubſtātie contrariat̃:verum eſt quātum ad formam:ſed non ē verum quantum ad materiam ⁊ ſubiectum. Si ergo virtute diuina fieri poteſt vt forma conuertat̃ in formā:ad quā cōtrarietatem habet:non eſt reputandum impoſſibile deo totam ſubſtantiaȝ compoſiti conuertere in ſolā materiam ad quā cōtrarietatē non habet. Immo ſi nobis innoteſcit eſſe poſſibile deo vnam formam eductam de potentia materie poſſe conuerti in aliam:vt in proſequēdo patebit:potiſſime hoc īnoteſcit nobis ex eo ꝙ forme ex parte materie in qua vniunt̃:qꝛ de eius potentia educi poſſunt:contrarietatem non habent. Si ergo concedimus ꝙ poſſit forma in formā cōuerti propter ipſaȝ materiam in qua vniuntur.multo minus eſt reputandū impoſſibile deo ꝙ poſſit formam in ipſam māȝ cōuertere:propter qđ totam ſubſtantiam rei compoſite in ſolaȝ mām poteſt conuertere.❡ Scđa via ſic patet.nam vt tactum eſt:forma educta de potentia materie virtualr̃ clauditur in ipſa materia. Nam vt Commen.ait in.12. methaᶜᵉ.eſſe qđ extrahitur de aliquo:eſt aliquo modo in Com.18. eo de quo extrahitur.forme ergo aliquo modo ſunt in materia anteꝗȝ de materia educant̃:cū poſſint extrahi ⁊ educi de materia.poſſumus ergo aliquo modo dicere ꝙ materia ſit potentia ⁊ virtute totū. In potentia enim paſſiua māe eſt forma educibilis de ipſa que compoſita materie facit totum. Igit̃ vno mō mā ⁊ forma ſunt plus ꝗȝ materia ſoluȝ. Alio modo materia ⁊ forma quodāmō non ſunt plus ꝗȝ materia ſolum. Nam actiue loquendo materia ⁊ forma ſunt plus ꝗȝ materia ſolum.qꝛ ſi materia eſt ratio agendi hoc habet a forma:principaliter enī ratio agendi eſt forma.ſi tamen aliquo modo cōicat̃ materie hoc cōpetit ei prout habet eſſe ſub forma:ſȝ loquēdo de potentia paſſiua:materia ⁊ forma nō plus eſt quodāmodo ꝗȝ ipſa mā:cum de poᵃ paſſiua māe educat̃. Sȝ cū ſuba panis cōuertit̃ in corpus xpi:ibi panis ſuba non habet rationem actiui ſed paſſiui. Fit enim hoc virtute diuina reſpectu cuius cuncta creata habent rōnē materialis ⁊ paſſiui.Eſt enim in poteſtate creatoris habere

plenam actionem ⁊ plenum dominiuꝫ ſuper creaturam
ſuam vt faciat de ea vt ſibi placet. Si ergo ſm potentiã
paſſiuam quodãmodo materia ⁊ forma non ſunt plus ꝙ̃
mã ſolum: qꝛ vt tactũ eſt: panis in dicta conuerſione ha-
bet rationẽ paſſiui vt ſpectat ad propoſitũ: quodãmodo
tantum eſt materia panis quãtuꝫ mã ⁊ forma ſimul. In
qđcũqꝫ igitur virtute diuina põt conuerti mã panis cõ
uerti poterit mã ⁊ forma ſimul. Sicut ergo in conuerte-
re eſt ex parte forme ſic in conuerti eſt ex parte mãe. ꝓ-
pter qđ ſicut in conuertere ⁊ in agere non eſt plus mã ⁊
forma: ꝙ̃ forma ſolum: qꝛ ſm potentiam actiuam mate-
ria clauditur in forma: ⁊ vbi vnũ ꝓpter alterũ vtrobiqꝫ
tantum vnum. Unde quia tota ratio agendi competit
materie ꝓpter formã. ⁊ in agere ⁊ in conuertere nõ plus
erit materia ⁊ forma: ꝙ̃ forma ſolum: ſic in pati ⁊ in con-
uerti: qꝛ principaliter rõ paſſionis ſumitur ex materia: ⁊
forma clauditur in potentia paſſiua materie: ſm pati ⁊
conuerti non plus eſt materia ⁊ forma ꝙ̃ materia ſoluꝫ.
Si ergo poteſt conuerti materia panis in materiam cor
poris chriſti: ⁊ forma in formam: poterit ſimul forma vel
materia panis conuerti in ſolam materiam. Et qꝛ forme
ſm ꝙ ſpectat ad propoſitum non ſe ſic virtualiter conti
nent: vt forma continetur in materia: difficilius eſt aſſi-
gnare rationem ⁊ modum per quẽ forma panis conuer-
ti poteſt in formam corporis chriſti: ⁊ materia in mãꝫ: ꝙ̃
oſtendere ꝙ tota ſubſtantia panis conuerti poſſit in ſolã
materiam. ¶ Tertia via ſic patet: qꝛ forma per ſe non ẽ
in potentia paſſiua niſi ratiõe materie: ſicut difficile eẽt
ſuſtinere materiã per ſe agere vel eſſe aliud qđ agit mã
ab eo qđ agit forma: materiaꝫ tamẽ cõiunctã forme age
re ⁊ cõuertere aliquid non eſt inconueniẽs. Si nõ aliud
agat nec aliud ꝯuertat materia ꝙ̃ forma. ſic difficile eẽt
ſuſtinere formam per ſe ſumptam pati ⁊ conuerti in ali-
quid: formam tñ vnitam materie cõuerti in aliquid nõ
eſt inconueniẽs: ſed ſi conuerſio forme nõ ſit alia a con-
uerſione materie: ⁊ forma non conuertat̃ in aliud ꝙ̃ mã.
Si ergo materia alicuius compoſiti in materiam cõuer
titur: facile erit ſuſtinere ꝙ etiam forma in eãdem mãꝫ
conuertatur. Totum ergo compoſitum in ſolam mate-
riam poteſt conuerti: ⁊ ſi non eſt impoſſibile ꝙ in aliud
conuertatur materia ⁊ in aliud forma: vt ꝙ materia cõ-
uertatur in materiaꝫ: ⁊ forma in formam: omnino tamẽ
facilius eſt ſuſtinere ꝙ materia ⁊ forma panis virtute di
uina conuerti poſſit in ſolam materiam corporis chriſti:
ꝙ̃ ꝙ materia conuertatur in materiã ⁊ forma in formã.
Si ergo hoc eſt poſſibile illud non eſt reputandum im-
poſſibile vt in theoremate dicebatur. De modo autem
poſſibilitatis in ſequenti theoremate aliqua declarabi-
mus prout ſpectat ad pñs opus. Propoſitio. XXXIII.

**PArtes quas habꝫ materia naturaliter
actu eſſe nõ poſſũt ſine partibus quã-
titatis: intellectus tamen propter eẽn-
tialem differentiam ſeparat has ab il
lis: poterit ergo aliquid conuerti in partes ma-
terie exiſtentis in xpo abſqꝫ eo ꝙ in quantitate
ipſius aliquid conuertatur. Declaratio.**

¶ Si alicui rei competit modus alterius per aliud ſicut
competit ei per illud: ſic illo deficiente ei nõ remanet di
ctus modus. qđ videre poſſumus tam in hiiſ q̄ nãlr hñt
eſſe: ꝙ̃ ẽt in his que miraculoſe fiunt. Uidem⁹ enim vni
uerſalia naturaliter eſſe in particularibus. Et quia vni-
uerſalia per ſe nõ exiſtunt: ſed in alio habẽt eſſe: omnib⁹
vniuerſalibus competit quidem modus qualis: ideo ſu-
perius dicebat̃ vniuerſalia que ſunt ſcđe ſubſtãtie nõ ſi-
gnificare hoc aliquid: ſed quale quid: qꝛ ſignt quid ꝑ mo
dum qualis. Si ergo modus qualis competit vniuerſa-
libus ex eo ꝙ ſunt in alio: ſi poneremus vniuerſalia per
ſe eſſe: ⁊ diceremus quiditates rerum abſtractas per ſe
exiſtentes: vt Plato poſuit: quas dixit eſſe ideas particu
larium: cogeremur dicere vniuerſalia eſſe ſubſtantias:
non ſolum quãtũ ad rem: ſed etiam quantum ad modũ:
qꝛ competeret eis per ſe exiſtere. ideo phs. 7° metha[c] di T.c. 45.
ſputans contra Platonem ait vniuerſalia non eſſe ſub-
ſtantias: qꝛ nulluꝫ cõe eſt ſuba: ideo reprehendit Plato-
nem ponentem vniuerſalia eſſe ſubſtantias. Et ſicut hꝫ
eſſe in his que naturaliter ſunt: ſic videm⁹ in his que mi
raculoſe fiunt. ſicut enim vniuerſalibus naturaliter cõ-
petit modus qualis per particularia: vt qꝛ ſunt in parti-
cularibus: ⁊ ſi amouerentur a particularibus nõ cõpe
teret eis dictus modus: ſic qꝛ per diuine virtutis iſluen-
tiam poteſt miraculoſe accidenti cõpetere modus ſube:
quia diuino miraculo poſſunt accidentia per ſe eſſe vt in
fra declarabitur: ſi diuina influentia ceſſaret: tolleretur
ab accidentibus modus ſube. non enim poſſent vlteri⁹ ꝑ
ſe eſſe. ſemper ergo cuꝫ cõpetit alicui rei modus aliquis
per aliud: illo alio amoto non poterit ei competere ille
modus. Si ergo materie competit naturaliter habere
partes: ⁊ habere modum quãtitatiuũ mediante quãtita
te: amota quãtitate naturaliter non competit materie
habere partes: ſm quas dicebatur materia habere quẽ-
dam modũ quãtitatiuũ. Naturaliter ergo partes mate-
rie non poſſunt actu exiſtere ſine partibus quãtitatis: in
tellectus tñ ꝓpter eſſentialem differentiam ſeparat has
ab illis. Sicut enim per ſenſum viſus poſſumus iudica-
re lucem eſſe aliam a colore: qꝛ videmus colores aliqñ
magis illuminatos aliqñ minus: ſic qꝛ eſſentia mãe eſt
alia ab eſſentia quantitatis: qꝛ videm⁹ eãdẽ materiaꝫ ꝑ
eſſentiaꝫ aliquando eſſe ſub maiori quãtitate: aliqñ ſub
minori: iudicare poſſum⁹ per intellectũ partes materie
eſſentialiter differre a ꝑtibus quãtitatis: ſic eſſentia ma
terie eſt alia ab eſſentia quãtitatis. Utruꝫ aũt poſſimus
intelligere partes mãe non intellectis partibus quãtita
tis: vel oĩno ſic eſt de cognitione intelligibili quãtuꝫ ad
partes materiales reſpectu partium quãtitatiuaꝝ: ſicut
erat de viſu colorum in cõparatione ad lucem: vt ſicut
viſu cognoſcere poſſumus colorem differre a luce: nõ tñ
poſſumus videre colorem non viſa luce. Sic forte dice
ret quis ꝙ itellectu percipere poſſumus partes materie
eſſe alias a partibus quantitatis: non tamẽ poſſumus in-
telligere illas partes nõ intellectis partibus quãtitatis:
talia autem inueſtigare non ſpectat ad propoſitũ. Nã lꝫ
poſſimus intelligere aliquid eſſe differẽs ab alio: qđ in-
telligere non poſſumus non intellecto alio: vt poſſumus
cognoſcere ꝙ accidens ſit aliud a ſubiecto: non tñ poſſu
mus intelligere accidens non intellecto ſubiecto. Deus
tamen plus poteſt facere: ꝙ̃ intellectus noſter intellige-
re: qꝛ poteſt facere accidens ſine ſubiecto: lꝫ hoc non poſ-
ſimus intelligere. Sic forte diceret aliquis ꝙ deus poſ-
ſet cõſeruare in eſſe partes materie abſqꝫ partibus quã-
titatis: lꝫ forte non poſſimus intelligere partes mãe nõ
intellectis partibus quãtitatis. Et ſi poſſet deus facere
has partes eſſe ſine illis: nulli dubium eſt ꝙ põt facere
ꝙ aliquid conuertatur in partes materie: abſqꝫ eo ꝙ ali
quid ſit conuerſum in partes quãtitatis. Sed qđ dicitur
ſi hoc non poteſt deus: qꝛ forte non habet rationeꝫ poſſi
bilis ꝙ actu exiſtant partes materie abſqꝫ partibus quã
titatis: nõ tñ ꝓpter hoc tollit̃ veritas queſita. Nam ſi al
bedo abſqꝫ ſuperficie eſſe nõ poſſet: tñ qꝛ eẽntia albedi-

nis eſt alia ab eſſentia ſuperficiei: ⁊ deus poteſt vnā eēntiam in aliam eſſentiam conuertere: qꝛ vt probatū fuit ſupra: deus conuertere poteſt aliqd: in aliquid actu p̄exiſtens: poſſet deus per ſe loquendo aliquid conuertere in eſſentiam albedinis ⁊ tñ nihil eſſet conuerſum in eſſentiam ſuperficiei: eo ꝙ iſta eſſentia non ſit illa. Sic quia partes materie ſunt differentes eſſentialiter a partibus quātitatis: poſſet deus aliquid conuertere in ptes materie: vel in materiam habentem partes: ⁊ cum nihil eſſet conuerſum in partes quātitatis: ꝓpter qḋ declaratū eſt qḋ in theoremate ponebatur. ❡ Ad vlteriorem tñ veritatis intelligentiam notandū: qḋ ſuperius eſt oſtenſum: ꝙ ſi poteſt deus conuertere materiam in materiam: poteſt totum compoſitū ex materia ⁊ forma conuertere in ſolam materiaʒ: loquendo de forma educta de potentia materie: poterit ergo deus totam ſubſtantiam panis cōuertere in ſolam materiam exiſtentem in chriſto loquēdo de materia illa vt habet partes: ⁊ tñ nihil erit conuerſum in q̄titatem chriſti. ❡ Ut ergo aliquid appareat ꝺ modo conuerſionis: aduertendum ꝙ vt ſuperius dicebatur deus pōt cōuertere aliquid in aliud p̄exiſtens actu. Ut poteſt hunc aerem conuertere in hunc ignem: qꝛ poteſt illam eandem formā numero que eſt in igne educere de materia aeris. Et qꝛ materie non differunt niſi per formas: ſi materia que eſt in aere informet̃ illa eadē forma numero qua informat̃ mā exiſtens in igne: materia aeris fieret materia ignis: ſicut qꝛ albedines non differunt niſi per ſuperficies: qui eſſet illius potentie: ꝙ vnā ſuperficiem conuerteret in aliam: poſſet vnā albedinem in aliam conuertere. Sic ergo poterit deus totam ſubaʒ panis in ſolam materiam conuertere: qꝛ poterit formaʒ panis in potentiam materie reducere ⁊ facere: ꝙ illa materia informetur illa eadem forma que eſt exiſtēs ī chriſto: ⁊ tunc materia illa conuerſa erit in materiam que ē in chriſto. Et qꝛ forma reducta in potentiam materie nō dicitur annihilata: ſi deus conuerteret materiam illam in quā redacta eſt forma panis in materiam exiſtentem in chriſto: quodāmodo totam ſubſtantiam panis in ſolā materiam conuertiſſet. Cū ergo effectiue loquendo deꝰ poſſit imediate facere qḋ mediate facit: ſi poteſt totam ſubſtantiaʒ panis conuertere in ſolam materiam reducendo formam panis in potentiam materie poterit abſqꝫ tali reductione talem conuerſionē facere. imo qꝛ ſm̄ conuerti ⁊ paſſiue ⁊ vt in precedenti ꝓpoſitione dicebatur non plus eſt forma ⁊ materia panis q̄ʒ materia ſolū. ſi poteſt deus conuertere materiam panis in materiam corporis chriſti. poterit imediate totam ſubſtantiam panis conuertere in ſolam materiam exiſtenteʒ in chriſto: abſqꝫ eo ꝙ prius ſm̄ intellectum inducat̃ forma panis in potentiam materie.

Propoſitio. XXXIIII.

Um ſubſtantia panis in corpus chriſti conuertitur: quia totum tranſubſtantiatur in totum. non eſt dicendū ꝙ panis materia: vel ꝙ eius forma in nihilum redigatur.

Apertio.

❡ Uoluerunt aliqui dicere ꝙ cū ex pane fit corpꝰ chriſti ꝙ panis annihilat̃: vel ꝙ eiꝰ ſubſtantia redigatur in primam mām: ſed hoc ſufficienter iprobatur. Oſtendebat̃ enim ſuperius ꝙ aliquod corpus eſſe alicubi de nouo cōtingit dupliciter: vel per tranſmutationem propriam: vt quia per motum localem acquiſiuit locū illū: ⁊ eſt ibi localiter: ⁊ ſic corpus chriſti eſt in celo. Secūdo modo hoc poteſt contingere per tranſmutationem alterius: vt qꝛ aliquid eſt conuerſuʒ in ipſum: ⁊ ſic corpus chriſti eſt in hoſtia. Non ergo incipit chriſtus de nouo eſſe in altari ꝑ motum localē: vt quia deſcendens de celo ſuperna deſerens incipiat eſſe in hoſtia. Sic enim totus eſt in hoſtia ꝙ ēt totus remanet in celo. Si igitur ſubſtātia panis in nihilum redigeretur: vel eſſet redacta in mām primam ⁊ non conuerteret̃ in corpus chriſti: nō poſſet eſſe corpꝰ chriſti de nouo in altari ſiue in hoſtia per tranſmutationem alterius: vt per conuerſionem panis in ipſum: ſoluʒ ergo ibi eēt per tranſmutationem ꝓpriam: oporteret ergo ipſum de celo deſcendere vt ibi exiſteret ⁊ eſſet ibi localiter. Ut qꝛ per vnū ⁊ idem corpus localiter in diuerſis locis eſſe non poteſt: cū eſſet chriſtus in hoſtia deſineret eſſe in celo: ⁊ cū eſſet in vno altari deſineret eſſe ī alio que omnia ſunt contra fidem catholicam: ideo tenet̃ cōmuniter ⁊ bene: ꝙ in hoc ſacramento nec annihilat̃ panis materia nec forma: ſed tota ſuba panis conuertitur in totum corpus chriſti. Non eſt enim annihilatum: qꝛ in aliud eſt conuerſum. Sed quomodo totum conuertatur in totū: ⁊ quod totum in quod totum: declarare nō ē facile. Si enim poneremꝰ vnam ſolam formam in cōpoſito: ⁊ diceremus in chriſti corpore non eſſe ſubalem formam niſi animam: ſm̄ quā poſitionē vt ſuperius tangebatur oporteret nos dicere totam ſubſtantiam panis eē conuerſam in ſolam materiam: forte ſic dicendo de facili poſſemus ſoluere rationes contrarias. poſſumus autē quantū ad preſens octo rationes facere cōtra poſitionē iſtam. ❡ Prima talis eſt: qꝛ p̄ncipia opʒ manere: vt dicitur in p̄mo phyſicoꝝ. Cuʒ ergo forma ⁊ materia ſint p̄ncipiorꝫ illa manere. eſt enim contra rationē p̄ncipioꝝ ꝙ fiant ex alterutris vel ꝙ fiant ex alijs: ſed alia fiunt ex ipſis. Non ergo forma ex materia fit: nec materia ex forma. Unde circa finem ſeptimi methaᶜᵉ ꝓbatur ꝙ forma nec eſt elementum: nec eſt ex elemētis. Sed ſi tota ſuba panis tam materia q̄ʒ forma conuerteretur in ſolā mām exiſtentem in chriſto qḋ oporteret dicere ponētes vnaʒ formā: forma panis conuerteretur in materiaʒ corporis chriſti: qḋ videtur oīno inconueniens: qꝛ ſi forma non ē ex materia: multomagis videtur ꝙ nec materia poſſit eſſe ex forma. Secunda talis eſt. qꝛ dato ꝙ mā ⁊ forma panis poſſint conuerti in ſolam materiam exiſtentem in chriſto: cum materia vt videtur non poſſit dici corpus: falſuʒ eſſet qḋ predicat fides catholica cū ait: ꝙ ex pane fit corpus chriſti: vel ꝙ panis conuertitur in corpus chriſti: ſed ſolum eſſet verum dicere ꝙ panis conuertitur in materiam chriſti: quia vſus loquendi non admittit: nec veritas videtur pati. ❡ Tertia talis eſt: qꝛ ⁊ ſi materia poteſt dici corpus hoc non contingit niſi prout habet eē extenſum. materia aūt q̄ʒtum eſt de ſe dicit quid indiuiſibile: ⁊ eſt ſm̄ ſe in predicamēto ſubſtantie: nō ergo pōt ei competere extenſio que dicit modum quātitatiuum. ❡ Quarta talis eſt: qꝛ ⁊ ſi ſaluare poſſumus ꝙ materie competat modus quātitatiuus hoc nō eſt niſi per quātitatem. Nūq̄ʒ ergo ſola materia poterit dici corpus: ſed mā cū quātitate corpus apellari poterit. Si igit̃ in tale corpus conuerteretur panis ſuba: eſſet aliquid cōuerſuʒ in quātitatē chriſti: ⁊ q̄titas chriſti eſſet in ſacro: qḋ falſum eſt ex vi ſacramēti. ❡ Quinta talis eſt: qꝛ ēt ſi ſaluare poſſemus ꝙ materia poſſit dici corpꝰ: ⁊ ꝙ poſſet ei cōpetere modus quātitatiuꝰ: ⁊ ꝙ ille modus nō addat aliquid ſupra naturam materie: tñ nullo modo videt̃ poſſe ſtare ꝙ ſola mā dicatur totuʒ. Si igitur tota ſuba panis cōuerteret̃ in ſolam mām: dici nō poſſet ꝙ totū conuerteretur in totū: ❡ Sexta talis eſt cū omnis compoſitio videat̃ requirere plura per eſſentiā: vt videt̃: ſola mā nul-

Impugnatur tenētem vnitatem forme in compoſito.

T. cō. 50.
T. cō. 60.

lo modo poteſt dici res compoſita: igitur ſi ſuba panis cō
uerteret̄ in ſola materia: non eſſet tranſubſtantiatio rei
cōpoſita in rem cōpoſitam: qđ eſt falſuʒ. ¶ Septima ta-
lis eſt: ſi materia vt hʒ eſſe quātitatiuū pōt dici corpus.
mā panis q2 non abſoluit̄ a quātitate poterit dici corpꝰ.
poſſemus ergo dicere ꝙ corpus ⁊ forma panis conuertū
tur in corpus chriſti: qđ vſus loquēdi nō admittit: nec ve
ritas videt̄ pati. ¶ Octaua talis eſt: q2 ſi mā vt hʒ mo-
dum quātitatiuū dicit̄ corpus: ⁊ iō ſuba panis dicit̄ con-
uerti in corpus chriſti: q2 cōuertit̄ ī māʒ exiſtentē in chri
ſto vt hʒ modū quātitatiuū: q2 modus ſemꝑ arguit rem:
etiam modus abſqʒ re eſſe non pōt: non poſſet eſſe aliqđ
cōuerſum in mām vt videt̄ exiſtentē in xpo: niſi aliquid
cōuertatur in quātitatē chriſti. Erit ergo quātitas corpo
ris chriſti in hoſtia ex vi ſacramēti: non ex nāli cōcomi-
tantia ſoluʒ. qđ eſt ꝯtra veritateʒ catholice fidei. ¶ De
aūt obiectiones ſi conſiderent̄ predicta plane ſoluunt̄.
Nam per. 32. propoſitioneʒ ſoluitur prima obiectio vbi
oſtendebat̄ totū compoſitū virtute diuina poſſe cōuer-
ti in ſolam materiam. Et qđ arguit̄ de ꝑncipijs: q2 ꝑnci-
pia opʒ manere: nō eſt plus contra ponētes vnaʒ formā:
qꝫ cōtra ponētes formas plures: q2 ſi ꝑncipia opʒ mane-
re: nec fiunt exinuicem nec ex alterutris: ſicut materia
non fit ex forma: nec forma ex mā. ꝙ mā ſit aliqđ de eēn
tia forme: vel ꝙ conuertatur in formam: ſic materia nō
fit ex materia: nec forma ex forma: qđ oʒ nos dicere ſi po
namus plures formas. ¶ Dicendum eſt ḡ ꝙ mā ⁊ for-
ma ſi ſunt ꝑncipia ſunt ꝑncipia agenti naturali: quia tale
agens preſupponit mām: ⁊ etiam aliqñ preſupponit for-
mam. q2 ſi eſſet dare mām oīno primā ⁊ abſqʒ omni for-
Com. 8. ma: vt ꝓbat Cōmen. 5. phyſicoꝝ: non poſſet eſſe ſubiecta
motui: ⁊ tranſmutationi. agens vō naturale q2 agit per
motū de ea nihil poſſet ꝓducere. Sunt ergo talia ꝑnci-
pia ſuppoſita ab agente naturali non a deo: qui ipſaʒ eēn-
tiam materie produxit in eſſe: ⁊ cuius ē agere nullo pre-
ſuppoſito. ¶ Scđa rō ſoluit̄ per. 26m. theorema vbi oſtē
ſum fuit ꝙ ſola materia vt induit modū quātitatiuū po
teſt dici corpus. ¶ Tertia rō ſoluit̄ per. 27m. theorema.
vbi ꝓbatū fuit rem vnius predicamēti poſſe habere mo-
dum alterius predicamēti: ꝓpter qđ mā poteſt habere
modum quātitatiuū. ¶ Quarta rō ſoluit̄ per. 28m. theo-
rema. vbi oſtenſum eſt modū illū quātitatiuū: nullā eēn
tiam addere ſuper naturaʒ materie. ¶ Quinta rō ſolui
tur per. 29m. theorema. vbi oſtenſum eſt ſolam mām vt
habet modum quātitatiuū poſſe dici totū qđdā. ¶ Sex
ta rō ſoluit̄ per. 30m. theorema. vbi oſtenſum ē ſolam ma
teriam vt induit quēdam modū quātitatiuū poſſe dici
rem compoſitam. ¶ Septima rō ſoluit̄ per. 31m. theore-
ma. vbi oſtenſum eſt ꝙ ſpāli modo ⁊ ꝓprie mā exiſtens
ſub forma animalis poteſt dici corpꝰ ⁊ nō materia alia.
¶ Octaua ⁊ vltima rō ſoluit̄ per. 33m. theorema. vbi oſtē
ſum eſt ꝙ poteſt cōuerti ſuba panis in mām exiſtentem
in chriſto: vt hʒ rōnē totius: abſqʒ eo ꝙ aliquid cōuertat̄
in quātitatē eius. ¶ Dicamus ḡ ꝙ ponēdo vnā formaʒ
in compoſito: diceremus ſubam panis eſſe conuerſaʒ in
ſolam materiam: non tamen eſſet conuerſa in materiam
quocūqʒ modo ſumptā: ſed in mām vt eſt in chriſto. Si-
cut ergo ſi aliquid conuerteret̄ in ſolam albedinem exi-
ſtentem in pariete: lʒ albedo quātum eſt de ſe: ſit quid in-
diuiſibile: tamen vt habet eſſe in magnitudine eſt quid
extenſum: qđ conuerſum eſſet in talem albedinem non
eſſet conuerſuʒ in aliquid indiuiſibile: ſed in aliquid ex-
tenſum ⁊ habens partes. Si qđ conuertitur in ſolaʒ ma-
teriam exiſtentem in chriſto in tale aliquid conuertitur

qualis eſt materia illa. lʒ ergo materia quantuʒ eſt de ſe
ſit quid indiuiſibile: ⁊ non poſſit dici totum: nec poſſit vo
cari corpus: tamen q2 vt habet eſſe in chriſto: habet eſſe
extenſum: ⁊ eſt quid organizatum: ⁊ habens partes: que
organizatio ⁊ que partes: vt poteſt patere per habita: nul
lam eſſentiam addit ſupra naturam materie: ſed ſolum
dicit quēdam moduʒ exiſtendi: quem habet materia vt
eſt in cōpoſito. Et quia ſola materia vt eſt in chriſto eſt
quid organizatum ⁊ habens partes: ⁊ poteſt dici corpus
vt ſuperius eſt oſtenſum: ſi in talem materiam conuerta
tur panis ſubſtantia: erit conuerſio in aliquid totuʒ: ⁊ in
aliquid habens partes: ⁊ in aliquid qđ poteſt dici corpꝰ.
Materia enim cuiuſlibet animalis poteſt dici corpus: ⁊
pars corporis poteſt dici corpus ſm ꝙ corpus dicit alte-
ram partem animalis: ⁊ de animali non predicatur: ⁊ eſt
etiam pars corporis accipiendo corpus quod dicit totū:
⁊ de animali predicatur: imo materia: quia ſm ſe conſi-
derata materia dicitur: ſed vt organizata dicitur corpꝰ:
ſi ſolum vnam formam poneremus in chriſto: q2 ſubſtā-
tia panis non eſſet conuerſa in materiam per ſe ſumptā:
ſed in materiam vt eſt organizata: melius ⁊ congruenti-
us diceretur ꝙ panis ſubſtantia conuerteretur in corpꝰ
chriſti qꝫ in materiaʒ chriſti. ¶ Patet ergo ꝙ ponendo
vnam formam: obiectiōes factas de leui ſoluimus. Pro
pter quod dicta poſitio videtur valde probabilis: tamē
quia nihil prohibet quedam falſa eſſe probabiliora qui-
buſdam veris: quia de veritate dicte poſitionis mihi
non conſtat: dicte poſitioni non aſſentio. Audeo tamen
dicere ꝙ contrariam non intelligo. Naʒ ponere multas
formas in compoſito: habet multas difficultates ſm ſe:
quas ſoluere neſcio: quia ſi non eandem formam dicit ſu
perius ⁊ inferius. vt ſi aer non per eandem formam eſt
aer corpus ⁊ ſubſtantia. ⁊ cum ex aere fit ignis remanet
in aere forma: per quā erat corpus ⁊ ſubſtantia. licet in-
de ſit amota forma per quam erat aer: non tamen in ta-
li generatione eſt generata ſubſtantia: nec corrupta ſub-
ſtantia. Sicut enim per aliam formam homo eſt homo
⁊ albus: ſi remoueatur forma albi ⁊ fiat niger non erit
generatus homo neqʒ corruptus: ⁊ ſi nūqꝫ abſolueretur
materia a forma humana: nunquam eſſet generatio nec
corruptio hominis. ſic cum nunquam abſoluatur mate-
ria a forma per quam eſt corpus ⁊ ſubſtantia: nunquam
erit generatio nec corruptio ſubſtantie: videtur ergo eē
tenendum ꝙ illa eadeʒ forma que dat rei eſſe ſpecificū:
det ei totum ordinem predicamenti. ideo cum corrum
pitur equus corrumpitur corpus ⁊ ſubſtantia: quia per
illam ⁊ eandem formam per quam equus eſt equus: eſt
corpus ⁊ ſubſtantia. ¶ Rurſum multa inconuenientia
mihi inſolubilia hanc poſitionem ſequuntur. Nam tūc
partes diffinitionis non eſſent vnum: quia dicerent ma-
teriam vnam: ſed ſolum eſſent vnum quia eſſent in vno:
⁊ ſuperiora de inferioribus predicarentur denominati-
ue: non eſſentialiter: ⁊ multa alia que alibi deo dante dif
fuſius proſequemur. habet tamen nihilominus iſta poſi
tio ſpecialeʒ difficultatem: vt ſpectat ad propoſituʒ. Nā
ſi ponamus multas formas in compoſito: ⁊ ſubſtātia pa-
nis conuertitur in corpus chriſti: quia materia conuerti
tur in materiam: ⁊ forma in formam. ideo tota ſubſtan-
tia panis conuertitur in corpus: quod dicit aggregatum
ex materia ⁊ forma. conſtat ꝙ corpus ſic acceptum vt ſu
perius eſt oſtenſum predicatur de compoſito. Sicut enī
homo non eſt ſubſtantia. ſm ꝙ ſubſtantia dicit alteraʒ
partem compoſiti: quia nec eſt materia: nec forma: eſt
tamē ſubſtantia ſm ꝙ ſubſtantia dicit aggregatū ex mā

⁊ forma:ſic homo nõ eſt corpus ſꝫ ꝙ corpus dicit alterã
partem compoſiti. Eſt tamen corpus ſm ꝙ corpus dicit
aggregatũ ex mã ⁊ forma. Si ergo panis conuertitur in
corpus chriſti: qꝛ ↄuertitur in aggregatũ ex mã ⁊ forma:
cum tale corpus ſit xp̃s:eo ꝙ chriſtus eſt homo:⁊ oĩs ho-
mo eſt corpus:accipiendo corpus vt eſt genus:⁊ vt dicit
cõpoſitũ ex materia ⁊ forma. Poſſemus dicere ꝙ panis
eſt conuerſus in chriſtuꝫ: ⁊ ꝙ eſt conuerſus in hominẽ:
quod falſum eſt. Non eniꝫ panis conuertitur in chriſtuꝫ
nec in hominẽ: ſꝫ in corpus chriſti: ⁊ in corpus hominis.
¶ Et ſi diceretur ꝙ hec ꝑdicatio eſt vera. homo eſt cor-
pus per accidens. inquãtũ forma corporeitatis ⁊ forma
humanitatis ſunt in eodeꝫ:propter quod per accidẽs eſt
paneꝫ conuerti in hominem : per ſe auteꝫ conuertitur in
corpus:augetur queſtionis difficultas. Incidimus eniꝫ
in magnuꝫ incõueniens: qꝛ cogimur dicere ꝙ ſuperiora
de inferioribus per accidens predicentur:ſicut albũ pre
dicatur de muſico:⁊ rurſum non effugimus argumentũ.
Corpus enim illud in quod conuertitur panis ſuba: non
ꝑdicatur de homine:vt poſſimus ſaluare:ꝙ per accidẽs
panis conuertitur in hominem:ſicut ſaluamus per acci-
dens edificator cantat:ſi edificator predicetur de muſi-
co. Iſtaꝫ ergo poſitioneꝫ de multitudine formaruꝫ non
intelligo:nec tñ in his que ſunt fidei minus aſſentio: cuꝫ
ad talia reqratur captiuitas intellectus. Quid ergo di-
cemus:ſcio ꝙ panis ſubſtãtia conuertitur in verum cor-
pus chriſti:⁊ in illud idem numero qḋ in celũ aſcendit: ⁊
verũ corpus chriſti ſumimus in altari : hoc igiẽ chriſtus
tradidit:hoc eccleſia tenet: ſi alijs hoc non ſufficit mihi
ſufficit:cui ergo non ſufficit ſaluis fundamentis fidei cũ
reuerentia ⁊ timore inueſtiget:q̃le ſit illud corpus : ego
autem malo in mea ſimplicitate perſiſtere: ꝙ̃ de arduis
temere iudicare. Propoſitio.XXXV.

Ccidentia ſucceſſiua quorum eſſe eſt
in fieri:adeo a ſubſtantia dependẽt:ꝙ
nec naturaliter nec miraculo fieri põt
ꝙ habeant per ſe eſſe. Si ergo frãgaẽ
hoſtia conſecrata: oportet fractionem illã fun
dari in aliquo ſuſceptiuo. Declaratio.

¶ Fuerunt enim aliqui nõ intelligentes quõ fides ponit
in hoc ſacramento accidentia per ſe eſſe:credentes ꝙ de
omnibus accidentibus eſſet par ratio:ideo dixerunt fra
ctionem quaꝫ exercet ſacerdos in hoſtia ↄſecrata nõ fun
dari in aliquo ſubiecto:volẽtes ꝙ ibi eſſet fractio abſqꝫ
eo ꝙ aliqḋ frangeretur. Cum ergo fractio quẽdaꝫ motũ
importet:ſi oſtendere poſſumus motuꝫ: ⁊ ea que ſunt de
genere ſucceſſiuoꝝ nullo modo abſqꝫ ſubiecto poſſe ꝑ ſe
eſſe:manifeſtuꝫ erit fractionem illam fundari in aliquo
ſubiecto. Poſſimus autem hoc triplici via venari: quo-
rum prima ſe extẽdit vniuerſaliter ad omnia ſucceſſiua.
Secunda vero ſpecialiter arguit de motu. Tertia auteꝫ
ſpecialiter determinatur ad fractioneꝫ illaꝫ: quã aſpici-
mus in partibus hoſtie conſecrate. ¶ Prima via ſic pꝫ.
Nam totalitas ſucceſſiuoꝝ ⁊ totalitas permanentiũ nõ
currunt pari paſſu. Totalitas enim permanentiũ ↄſiſtit
in ſimultate partiuꝫ. Tunc eſt eniꝫ tota domus: quando
omnes partes domus modo debito ſimul ſunt:ideo ſi ta
les partes ſimul exiſtant omni alio amoto:domus habe
bit eſſe:ſed totalitas ſucceſſiuoꝝ nõ eſt in ſimultate par-
tium:ſed in ordine partiuꝫ:nunꝙ̃ enim partes ſucceſſiuẽ
ſimul eſſe poſſunt. Immo ſi ſimul eſſent: ſucceſſiuuꝫ non
eſſet:oportet eniꝫ tales partes habere ordineꝫ prioris ⁊
poſterioris:⁊ iſte ordo de neceſſitate reqrit mobile ⁊ ſuc
ceſſiuuꝫ. Nunꝙ̃ enim eſſꝫ prius ⁊ poſterius in motu niſi
aliquid variareẽ ſm prius ⁊ poſterius: nulla eniꝫ ꝑs mo
tus eſt in actu:ſed in fieri ſoluꝫ. Si ergo ſucceſſiua dicun
tur eſſe hoc eſt:qꝛ aliquid ſꝫ ea ſuccedit: vt ſi motus eſt:
hoc non contingit qꝛ motus vel eius partes ſunt quid in
actu:ſed qꝛ aliquid mobile mouetur ſm motuꝫ: ideo di-
citur ꝙ a mobili accipiẽ vnitas:⁊ ordo in ꝑtibus motus.
Motus eniꝫ habet vnitateꝫ a magnitudine:vel a mobi
li:vt dicitur in quinto phyſicoruꝫ:⁊ ſicut ſucceſſiue: ⁊ or- T.c.35.
dinatum mobile acquirit aliquid per motuꝫ: ſic ſucceſſi-
ue accipitur ordo partium motus. Sicut ergo qꝛ perma
nentia habent partes ſimul:ideo ſtare non poſſet ꝙ eſſet
aliquid totuꝫ permanens:non manente ſimultate ꝑtiũ:
ſic qꝛ totalitas ſucceſſiuoruꝫ eſt in ordine partiũ:fieri nõ
poteſt ꝙ ſit aliquod ſucceſſiuũ:⁊ non ſit talis ordo. Et qꝛ
iſte ordo:⁊ iſta vnitas non poteſt eſſe ſine eo qḋ ſuccedit:
non põt eſſe motus ſine mobili:⁊ vniuerſaliter nõ poteſt
eſſe aliquid ſucceſſiuuꝫ abſqꝫ eo ꝙ aliqḋ ſuccedat. Naꝫ
ſicut implicaret contradictioneꝫ ꝙ eſſet homo: ⁊ nõ eſſꝫ
anima ſimul cũ corpore vnita corpori:quia totalitas ho-
minis conſiſtit in ſimultate partium:vt in ſimultate ani
me ⁊ corporis. Sic non poterit eſſe aliquid ſucceſſiuum
niſi aliquid ſuccedat:cum habitum ſit ſucceſſiua habere
ordinem:⁊ vnitatẽ ex mobili: ⁊ eoruꝫ totalitas conſiſtat
in ordine partiuꝫ. Cum igitur fractio quẽdam ordinem
motus importet:⁊ quandaꝫ ſucceſſionẽ: non poterit eſſe
fractio:niſi aliqḋ frangatur. ¶ Secunda via que arguit
ſpecialiter de motu ſic accipitur. Per omnem enim mo-
tum acquiritur aliquid:nihil enim aliud eſt motus: niſi
quedam ſucceſſiua acquiſitio alicuius:⁊ quãdo nihil ac-
quiſituꝫ eſt:nonduꝫ inceptus eſt motus: quando autem
eſt totuꝫ acquiſituꝫ tunc completus eſt motus:tunc eniꝫ
eſt motus:quando eſt aliquid acquiſituꝫ:⁊ aliquid eſt in
acquiri:ideo 6° phyſicorum: ſcribitur ꝙ omne quod mo- T.c.32.
uetur partim eſt in termino a quo:⁊ ꝑtim in termino ad
queꝫ:⁊ 9° metha. ſcribitur. Omne quod mouetur hꝫ ali-
quid de eo ad quod mouetur. Cuꝫ ergo per ſe loquendo
motus non terminetur ad motuꝫ: qꝛ motus non eſt mo-
tus:vt dicitur in quinto phyſicoruꝫ: oportet dare aliquẽ T.c.xi.
ſitum:vel aliquaꝫ formaꝫ acquiſitam per motuꝫ:ad hoc ⁊ i fine.
ꝙ motus ſit. Nũꝙ̃ ergo erit motus: niſi ſit dare aliquid
in aliquo quod ſucceſſiue per motuꝫ acquiritur. Et quia
hoc ſine mobili eſſe non põt:non eſt dare motuꝫ: niſi ali-
quid moueatur:ergo non erit dare fractioneꝫ niſi aliqḋ
frangatur. Acquiritur eniꝫ per aliquã fractioneꝫ nouus
ſitus:vel noua ſuperficies. Sicut eniꝫ cuꝫ linea diuidiẽ:
vnus punctus fit duo puncta:⁊ vnus punctus in potẽtia
qui erat linee continuatiuus: fit duo puncta in actu que
ſunt termini linearuꝫ. Sic cuꝫ corpus frangitur vna ſu-
perficies fit multe ſuperficies: vt ſuperficies in potẽtia:
vt que erat corporis copulatiua efficitur due ſuperficies
in actu que ſunt termini corporuꝫ. Iſta autẽ ſuperficies
que per fractioneꝫ acquiritur:quando nihil de ea acqui-
ſituꝫ eſt:nondũ eſt incepta fractio: qñ tota eſt acquiſita:
eſt fractio conſumata. Nunꝙ̃ autẽ poterit eſſe fractio in
frangi:⁊ in fieri niſi ſit aliquid acquiſituꝫ in ſuperficie:⁊
ſit aliquid acquirendũ. Ergo non põt eſſe fractio niſi ſit
dare corpus in quo acquiritur ſuperficies: ⁊ niſi ſit dare
aliquid de ſuperficie acquiſituꝫ in corpore: vere ergo in
omni fractione aliquid frangitur:⁊ fractione hoſtie ↄſe-
crate vere frangitur ibi corpus aliquod : non corpus qḋ
eſt de genere ſubſtantie:ſed corpus qḋ eſt in genere quã-
titatis:non enim ibi frangitur corpus xp̃i: ſed dimenſio-
nes panis ibi frangunẽ ſub quibus eſt corpus xp̃i:⁊ qꝛ di
menſiões ipſe ſunt corpus qḋ ẽ in genere q̃titatis: bene

dictuꝫ eſt ꝙ ibi frangitur corpus: qđ eſt in genere quāti-
tatis ⁊ nō ſubſtantie. ¶ Tertia via propria ipſi fractio-
ni ſic haberi pōt. Incōueniēs eſt.n. ſenſum falli circa per
ſe ſenſibilia: ⁊ ſi virtute diuina hoc fieri poſſet: tñ non eſt
congruū ꝙ in ſacramento tante veritatis aliqua cōmit-
tatur fallacia: vnde magiſter 4.° ſniarū: ⁊ 2ª diſtinctione
ait Ambroſiuꝫ dicere: ꝙ nihil falſum putanduꝫ eſt in ſa-
crificio veritatis: vel altaris ſicut fit in magoꝝ pſtigijs:
vbi deluſione quadam fallūtur oculi: vt videant eſſe qđ
non eſt. Nec valet ꝙ aliqui dicūt nos non falli: qꝛ nō cre
dimus aliqđ ibi frangi: qꝛ cuꝫ vere aſpiciamus ꝙ de ho-
ſtia conſecrata fiunt multe partes cū numerus ſit in ſen-
Li. c. 64. ſibilibus per ſe: vt dr̄ in 2° de anima. Si ibi non eſſet ve-
ra fractio: ⁊ nos non crederemus ibi fractionē eſſe: lꝫ nō
falleretur ibi eſtimatio: deluderetur tamen viſus qui in
dicat ibi fractionem eſſe: ſicut deluditur viſus in preſti-
gijs magoruꝫ: quando dicit ſe videre milites: cū milites
ibi non exiſtant: lꝫ forte ex hoc nō fallamur: ſed forte co-
gitamus illos non eſſe veros milites. Nō ergo poteſt ibi
eſſe fractio niſi aliquid frangatur quod declarare vole-
bamus.

Propoſitio.XXXVI.

Etera accidentia per ſua ſubiecta indi
uiduationem ſuſcipiunt: ſola quātitas
dimenſiua ſcđm ſeipſaꝫ: vel ſeipſa eſt
hec: que vt indiuiduetur ſubiecto non
indiget: ex parte ergo indiuiduatiōis ipugnari
non poterit: cum in hoc ſacramēto poſſit quā
titas per ſe eſſe.

Cōmentum.

¶ Quia tota cauſa quare dicimus accidēs non poſſe per
ſe eſſe eſt: qꝛ a ſubiecto dependet: ideo ſm ꝙ magis ⁊ mi
nus dependēt accidentia a ſuis ſubiectis: ſic eſt magis ⁊
minus difficile ſuſtinere ꝙ poſſint accidentia per ſe eſſe
loquēdo de accidentibus permanentibus: qꝛ de ſucceſſi
uis nulla eſt queſtio: planuꝫ eniꝫ eſt ſucceſſiua ſine ſubie
cto eſſe non poſſe. Stultuꝫ eſt.n. dicere ꝙ ſit motus: ⁊ ta-
men nihil moueatur: qđ oporteret dicere ſi poneret̄ mo
tus ſine ſubiecto: motus enim non mouet̄. Si enim mo
tus per ſe eſſꝫ ſm motū illuꝫ nihil moueretur. Cetera vº
accidentia pmanentia potiſſime difficultateꝫ habent ꝙ
non poſſint per ſe eſſe: qꝛ per ſubiecta indiuiduant̄. Non
eniꝫ pōt aliquid in actu eſſe niſi ſit hoc: ⁊ niſi habeat eſſe
diſtinctū ab alijs: ideo ſtulte ponebat Plato dicens vni
uerſalia eſſe quiditates per ſe exiſtentes. Omnia ergo il
la accidentia que per ſua ſubiecta indiuiduantur: vel eſt
impoſſibile ꝙ per ſe exiſtant abſqꝫ eo qđ cōtradictioneꝫ
implicent: vel eſt valde difficile hoc ſuſtinere. Si igitur
potiſſima cā videtur eſſe indiuiduatio: ꝙ ꝯdictio impli-
cetur ſi accidētia per ſe exiſtant: ſi poſſumus oſtēdere ꝙ
non oīa accidētia indiuiduant̄ per ſua ſubiecta: ⁊ ꝙ quā
titas indiuiduetur per ſe ex pte indiuiduationis: non po
terit veritas huius ſacramēti impugnari ex hoc ꝙ quā-
titas per ſe exiſtat: ꝙ aūt quātitas per ſe indiuiduetur ⁊
non alia accidentia: triplici via venari poſſumus. In tri
In trib⁹ diſtat vlē a particulari. bus eniꝫ differunt vniuerſalia a particularibus. ¶ Pri
ma eniꝫ dr̄ia eſt ꝙ pticularia habēt eſſe ſignatuꝫ ⁊ deter
minatuꝫ ad locuꝫ: ⁊ ad tēpus: vniuerſalia vº non: ideo di
ctuꝫ eſt ꝙ particularia ſunt hic ⁊ nunc: vniuerſalia vero
propter ſui abſtractioneꝫ ſunt ſemp ⁊ vbiqꝫ. ¶ Secun-
da differētia eſt ꝙ pticularia plurificantur in eadeꝫ ſpē:
vniuerſalia vº non. Naꝫ plurificatio quātum ad vniuer
ſalia reſpicit ad differētias formaleꝫ: ⁊ infra ſpēꝫ ſpāliſſi-
maꝫ in rebus mālibus non eſt diuiſio per formā: pprius
eſt eniꝫ generis ꝙ diuidatur per formales differentias:
ſpēs autem ſm ꝙ hꝫ ſoluꝫ diuiditur per pticularia indi
uidua: qꝛ ſi ſpēs diuideret̄ in differentias pticulariū eſſꝫ
diffinitio: qđ eſt ꝯtra phm qui vult ꝙ pticulariū non eſt primo poſterioꝝ. ⁊ 7. metha
ſcientia neqꝫ diffinitio. Particularia tñ rerum mālium
plurificant̄ in eadem ſpē: qꝛ differentia particulariuꝫ vr̄
eſſe per mām: iſta eniꝫ pticularia corruptibilia de qbus
loqui intendimus non differunt: qꝛ in diuerſis partibus
materie recipiuntur diuerſe forme. ¶ Tertia differētia
eſt: qꝛ pticularia ſunt corruptibilia: ⁊ mobilia: vniuerſa-
lia ſunt imobilia ⁊ incorruptibilia. ¶ Ex his auteꝫ diffe
rentijs tribus formari poſſunt tres rōnes: ꝙ qͣtitas per
ſeipſam indiuiduatur. ¶ Prima rō talis eſt: qꝛ vt pbat
Auicēna in ſufficientia ſua: accidit ſubſtātie eſſe in loco:
ſubſtantie.n. nō cōpetit vbi niſi per quātitateꝫ: ⁊ quicqđ
eſt in loco: loquēdo de iſtis corporalibus: eſt per quātita
tem. Si ergo omnia per quātitateꝫ ad locuꝫ determinā
tur: quātitas formaliter loquendo non determinabitur
per aliquid aliud: ſeipſa eſt ergo hic ⁊ nunc. Immo tam
materia qꝫ forma: loquendo de materia ſimpliciter ſum
pta: pertinent ad totā ſpeciem: ⁊ nō fit indiuiduatio niſi
accipiatur mā ſignata: ⁊ mā non habet eſſe ſignatuꝫ: niſi
per dimenſiones exiſtētes in ipſa. Si ergo cōſideramus
primā differentiā inter vniuerſale ⁊ particulare: videlꝫ
ꝙ vniuerſalia non habent eſſe ſignata ſed particularia:
patet per quid quātitas ſeipſa indiuiduatur ⁊ eſt hoc: cū
per eā alia habeant eſſe ſignatuꝫ: ipſa vero non per alia.
¶ Secunda ratio talis eſt. Naꝫ ſi vniuerſalia a pticula
ribus differunt: qꝛ vniuerſalia nō plurificantur in eadeꝫ
ſpē: ſed particularia cum in quātitate poſſumus intellige
re plura in eadē ſpē: qͣtitas per ſeipſaꝫ videt̄ indiuidua-
ri: dictuꝫ eſt enim ſupra ꝙ quātitas per ſeipſaꝫ eſt exten-
ſa: cetera vero extenduntur per quātitateꝫ: quātitas er-
go per ſe habebit quātitatiuas partes: ⁊ qꝛ partes quāti-
tatiue poſſunt eſſe eiuſdeꝫ ſpeciei: vt qꝛ pōt diuidi vna li
nea in plures lineas eiuſdē ſpeciei: ⁊ vna ſupficies in plu
res ſupficies: ⁊ vnuꝫ corpus in plura corpora: ſicut per ſe
conſiderata quātitas hꝫ plures partes tales: ſic per ſe cō
ſiderata quātitas pōt plurificari ſub eadeꝫ ſpē. Si ergo
talis plurificatio nō poteſt eſſe ſine indiuiduatione: quā
titas eſt per ſe hec: ⁊ vt indiuiduetur non indiget ſubie-
cto. Immo ſubiectum ipſum indiuiduatur per ipſam.
¶ Tertia ratio talis eſt. Aſſignabat̄ enim differentia ter
tia inter vniuerſale ⁊ pticulare: ⁊ qꝛ vniuerſalia ſunt im-
mobilia: particularia vº mobilia. Sicut ergo quātitati
per ſe debetur locus: ita ſi quātitas hꝫ eſſe per ſe actuale
per ſe ꝯpetet ei motus: loquendo de motu qui competit
rebus corporalibus ſm qđ dicitur nullum impartibile
moueri: ſicut omnia ſunt partibilia per quātitatem: ⁊ qꝛ
nihil poteſt eſſe mobile niſi quātuꝫ: ſic oīa per quātitatē
videntur indiuiduari: qꝛ ſine quātitate non poſſunt eſſe
ſubiecta motus. Patet ergo veruꝫ eſſe ꝙ quātitas ſeipſa
indiuiduatur. Et ſicut triplici ratione eſt oſtenſum quā-
titatem indiuiduari ſeipſa: non per ſubiectū. Sic tripli-
ci via oſtendi poteſt cetera accidentia per ſua ſubiecta
indiuiduationem ſuſcipere. ¶ Primo quia omnia acci-
dentia alia a quantitate non habent eſſe ſignatuꝫ niſi ex
eo quod ſuſcipiuntur in materia ſignata. ¶ Rurſuꝫ nō
plurificantur in eadem ſpecie niſi ex eo ꝙ ſunt in diuer-
ſis ſubiectis: lꝫ enim albedo eſſet ſeparata eſſꝫ vna albe-
do. Qꝛ auteꝫ ſint plures albedines hoc eſt propter diuer
ſa ſubiecta. ¶ Tertio alia accidentia per ſe accepta nō
poſſunt eſſe ſubiectum motus: cuꝫ per ſe conſiderata nō
habeāt partes. Quomodo auteꝫ quātitas per ſe accepta
poteſt eſſe ſubiectū motus: cuꝫ mathematicus: cuius eſt
cōſiderare quātitateꝫ: dicatur abſtrahere a motu ⁊ a mā

in ſequentibus apparebit. Propoſitio.XXXVII.

Omnia accidētia per ſua ſuſceptibilia conſeruantur: propter quod nullum accidens pōt naturaliter p ſe eſſe. Sʒ per hoc nō habetur ꝙ virtute diuina in hoc ſacramento: nō poſſit accñs per ſe ſubſiſtere ſi nihil aliud obuiaret.

Declaratio.

T.c.23. manent. nam ſicut cum ex aqua fit aer: dicitur totuz mutari in totum: vt patet per phm̄ primo de genera. ⁊ tamē manet materia aque. dicitur ergo totum mutari in totū ſm̄ vnum modū exponendi: quia licet maneat materia aque: non tamen manet vt eſt aque: ſed vt eſt aeris: nihil enim manet aque vt aque eſt. ſic cum facta eſt tranſmutatio tanta in accidentibus panis ſub quibus eſt corpus chriſti ꝙ inducta ſunt ibi accidentia oīno contraria. Ita ꝙ ſi eſſet ibi panis ſubſtantia: non poſſet cum talibus accidentibus remanere. hac autem tranſubſtantiationē facta: non remanet ibi aliquod accidens: qđ poſſit dici accidens panis. ⁊ ille dimēſiones nullo modo remanēt vt panis ſunt. Non enim poſſunt dici dimēſiones panis quia fundantur in panis ſubſtantia: qꝛ ſubſtantia panis conuerſa eſt in corpus chriſti: nec poſſunt dici dimenſiones panis qꝛ ſubſunt accidentibus: que panis erāt: qꝛ talia accidentia īmutata ſunt: poſſunt ergo dici tales dimenſiones nō remāere: qꝛ nō remanēt vt panis ſunt: ⁊ vt eis erat collatum per ſe eſſe: alijs ergo accidētibus inductis: ⁊ illis dimenſionibus quodāmodo alijs exiſtentibꝰ: ⁊ ſi nō quātū ad eſſentiam: tñ quātū ad eſſe qđ habent ſub alijs accidentibus: nō vlteriꝰ eis competit per ſe eſſe. igit̄ propter nālē ordinē ⁊ dependentiā īcipiet ibi eſſe mā nullo miraculo īteruenīente: niſi forte ſic diceremꝰ ibi eſſe miraculum: ſicut miraculum eſt cum anima rationalis materie diſpoſite infunditur: qđ vt dictum eſt non proprie habet rationem miraculi. Immo ſi oppoſitum eſſet miraculum eſſet. ¶ Propter 2m̄ dubiuz notandum ꝙ tota cauſa quare requiritur tempus in actione agentis ē propter indiſpoſitionem materie. In illo enī inſtanti in quo materia eſt ſūme diſpoſita: eſt inductio forme: ſimul enī eſt corruptio vnius forme ⁊ introductio alterius. In illo etiam inſtanti in quo eſt ſūma diſpoſitio: vt ſuſcipiat materia aliam formam: eſt in ea ſumma indiſpoſitio ad formam ſub qua eſt. ⁊ econuerſo. cum eſt ſūme indiſpoſita reſpectu forme ſub qua eſt: ſūme eſt diſpoſita ad formaz aliam: ⁊ hoc ideo quia generatio vnius eſt corruptio alterius ⁊ econuerſo. Cum ergo non incipiat ibi eſſe materia niſi quando ibi inducta ſunt accidentia contraria: cū quibus ſubſtantia panis ſtare non poſſet: in illo inſtanti in quo incipiet ibi eſſe materia ſub talibus accidentibꝰ: eſt ibi ſumma indiſpoſitio reſpectu ſubſtantie panis: ⁊ eſſet ibi corruptio ſubſtantie panis ſi panis ſubſtantiam inueniret. Et quia eſt ibi ſūma indiſpoſitio ad illam formam: eſt ibi ſumma diſpoſitio ad aliam: quia autem non eſt dare ſummam diſpoſitionem ſine introductione forme: bene dictum eſt ꝙ in illo inſtanti in quo ibi incipit eſſe materia: eſt ibi aliqua generatio ſubſtantie. vt vermis vel cineris vel alicuius alterius. ¶ Ex hoc autem patere poteſt quando incipit ibi eſſe materia: non enim quelibet alteratio tollit formam ſubſtantialem: ſed debet eſſe paſſio ⁊ alteratio magis facta vt abijciat ſubſtantia. Cum ergo facta eſt tanta variatio in accidentibus panis: ꝙ tali variatione facta non poſſet ibi eſſe panis ſubſtantia: propter qđ merito dici poteſt ꝙ non ſunt ibi accidentia panis: quibus datum eſt per ſe eſſe: tunc deſinit ibi eſſe corpus chriſti: ⁊ tunc incipit ibi eſſe materia propter accidentia inducta: quibus non eſt datum ꝑ ſe eſſe: ſed tanto plus requirunt materiam q̄ proprie diſpoſitiones formam: quanto plus dependent ⁊ habēt eſſentialem ordinem ad materiam q̄ diſpoſitiones ad formam. ¶ Ex hoc autem poteſt patere quāta materia ibi incipit eſſe: quia dimenſiones ille indeterminate: per quas materia eſt tanta ⁊ tanta: lꝫ non maneāt vt ſunt panis: vel vt ſubſunt accidentibus panis: cū quibus poſſet ſtare ſubſtantia panis. ꝓꝑ qđ vlterius non competit eis per ſe eſſe: ⁊ incipit ibi eſſe mā: cū maneāt ſemper eedem per eſſentiā: ⁊ qꝛ per eas habet materia ꝙ ſit tanta: ideo tantum ibi incipit eſſe de materia ſub forma vermis

vel ſub forma alterius ſubſtantie generate q̄ſta erat mā ſub forma panis anteq̄ panis ſubſtantia conuerteret̄ in corpus xp̄i. ¶ Et ex hoc etiā patere poteſt ꝙ forma vermis vel alterius ſubē ibi generate nō educitur ibi de potentia alicuius accidentis: ſed de potentia mãe. Nam lꝫ ibi ſimul tpe incipiat eſſe mā ⁊ forma: tñ naturali intelligentia prius ſunt ibi accidentia regrentia mãꝫ: ⁊ poſtea ibi incipit eſſe mā: que per illa accidentia eſt ſume diſpoſita ad ſuſceptionē alicuius forme: ⁊ deinde de mā ſic diſpoſita educit̄ forma ſubalis cōpetēs tali mãe: ſunt ergo iſta in eodeꝫ inſtanti ⁊ ſimul tpe: nā tñ non ſimul ſunt: ſꝫ eſt ibi ordo modo quo dictū eſt. In via enim generationis nãliter eſt ibi vltimo forma: lꝫ in via pfectionis: ⁊ cōplementi ſit econuerſo. ¶ Ex hoc etiā patere pōt: quare in ſacramento altaris: in quo eſt tanta dignitas: poſſunt generari taꝫ vilia vt vermes ⁊ putredines: q2 in trāſmutationib' nãliter factis: deus ſe hꝫ quaſi vniformiter ad oīa: vt videtur dicere Dionyſius 4° de di.no. Influit enī ſm diſpoſitioneꝫ mãe: ⁊ coopatur particularibus agētibus: ſm ꝙ requirit eoꝝ natura. Sic enim aīaꝫ rōnalem infundit quibuſlibet corporibus ſufficienter diſpoſitis: non eliciendo: nec differentiaꝫ faciendo inter corpus ex legitimo matrimonio vel ex adulterio ꝯceptū: ideo non īmerito Dionyſius circa principiuꝫ quarti de di.no. aſſimilat deuꝫ ſoli: qui non rōcinans nec preeligens omnia illuminat. Sufficit eniꝫ vt aliqd illuminetur: ꝙ directo aſpectu offeratur ſoli: nihil ad ꝓpoſituꝫ vtruꝫ illud oblatum ſit fex vel aurū. Sic amotis panis accñtibus ⁊ alijs inductis: qbus nō cōpetit per ſe eſſe deus ſubſternit materiam. Nam ſicut mãe requirenti formaꝫ deus inducit formā: ⁊ ſi nãliter diſponit̄ mā ad talem formam abſqꝫ miraculo eſt inductio talis forme: ſic forme regrēti ſubiectum deus ſubſternit mãm: ⁊ ſi nãliter ſit inductio talis forme: illa ſubſternatio materie miraculoſa nominari non debet. Non ergo preeligens deus vtrum illa accidentia: quibus ſubſternit mãꝫ diſponant ad formaꝫ vermis cineris vel carnis: exquo ſingula accidētia alia ab accidentibus panis in hoc conueniunt: ꝙ requirunt ſubiectum: deus ſingulis ſubſternit materiam in qua educitur ſubſtātialis forma proportionata diſpoſitionibus illis. Ex hoc patet veritas ꝓpoſiti theorematis: q2 licet yle ſiue materia ſit generationis ſubiectum: q2 ſolum de potentia materie hꝫ educi ſubſtantialis forma: ad quaꝫ terminatur generatio: nō obſtante ꝙ quādiu eſt ibi corpus xp̄i non eſt ibi materia ſuſceptibilis noue forme: q2 abſqꝫ miraculo cuꝫ ibi eſſe deſinit corpus xp̄i: incipit ibi eſſe mā ex qua poteſt educi ſubalis forma: poterit ibi eē generatio nullo alio miraculo contingente: quod declarare volebamus.

Propoſitio.XLVI.

Poſt reſurrectionem ⁊ ante: corpus chriſti in hoſtia habet eſſe indifferenter differens: indifferenter quideꝫ: q2 ſemp impaſſibiliter eſt chriſtus in ſacramento: differens tamen q2 nunc impaſſibile corpus qđ ſumimus: cenantibus diſcipulis paſſibile chriſtus dedit.

Declaratio.

¶ Solet a multis queri: quale corpus xp̄s tradidit diſcipulis cenātibus cū inſtituit hoc ſacramentū. Hugo autē videtur velle: ꝙ xp̄s diuerſis temporibus omnes dotes aſſumpſit: q2 in natiuitate aſſumpſit ſubtilitatē cū irreſeratis virginis clauſtris exiuit de vtero vginis. In trāſfiguratione autem aſſumpſit claritatem. Et cum ambulauit ſuper mare, aſſumpſit agilitatē: cū tradidit corpus ſuuꝫ cenantibus diſcipulis ſub ſpē panis aſſumpſit īpaſſibilitatem. ¶ Sed quō intelligenda ſunt vba Hugonis: vt videamus vtrū verum ſit ꝙ xp̄s tradidit cenātibus diſcipulis impaſſibile corpus. Notanduꝫ ꝙ corpus xp̄i: vt hꝫ eſſe ſacramētaliter in hoſtia: ⁊ vt eſt localiter in loco ꝓprio: nō differt q̄ſtuꝫ ad id qđ eſt: ſed q̄ſtuꝫ ad modū eſſendi: illud.n. ideꝫ corpus numero qđ eſt in loco ꝓprio localiter eſt in hoſtia ſacramētaliter: ſꝫ aliter ⁊ aliter: q2 vt patet ex ſupioribus in loco ꝓprio eſt ſubſtātia corporis xp̄i mediante quātitate: ſed in hoſtia eſt quātitas mediante ſubſtantia. Si ergo cōſideratur corpus xp̄i: vt eſt in hoſtia: ⁊ vt eſt extra hoſtiā eſt indifferens differenter. Indifferens q̄ſtuꝫ ad rem: q2 eadeꝫ res cū eiſdem dimēſionibus: ⁊ cū eiſdē qualitatibus eſt in hoſtia ⁊ extra hoſtiaꝫ: ſed differenter q̄ſtum ad modū: q2 non hꝫ eundem modū exiſtēdi hic ⁊ ibi. Sed lꝫ xp̄s in hoſtia ⁊ extra hoſtiam ſit differenter: indifferens tñ vt fuit in hoſtia ante paſſioneꝫ: ⁊ vt eſt modo in hoſtia poſt reſurrectionē non eſt differenter indifferens: ſꝫ magis econuerſo indifferēter differens. Indifferenter enim quantum ad modum: q2 ſemp impaſſibiliter eſt chriſtus in hoſtia: differens tñ q2 tale eſt corpus xp̄i in hoſtia quale eſt extra hoſtiā. Si ergo ante paſſionem corpus xp̄i erat paſſibile: paſſibile erat corpus qđ exiſtebat in hoſtia. Nunc aūt q2 illud corpus eſt impaſſibile: impaſſibile eſt corpus qđ nūc eſt ſub ſacramento: corpus xp̄i ergo ante paſſionem fuit ſub ſpecie panis paſſibile impaſſibiliter. Nunc autem ſub talibus ſpēbus nō ſolū eſt impaſſibiliter: ſꝫ etiā impaſſibile. Semp ergo impaſſibiliter: ſꝫ non ſemper impaſſibile: ergo ſemp indifferenter: ſꝫ non ſemp indifferens: ſumēdo differentiā large ꝓut paſſibilitas ⁊ impaſſibilitas differentiā faciunt. Si.n. clare intelligere volumus: quō corpus xp̄i ante paſſionem paſſibile poterat eſſe ſub hoſtia impaſſibiliter: iuuamur ſi bene ītelligimus: quō corpus chriſti qđ eſt viſibile pōt eſſe ſub hoſtia inuiſibiliter: corpus enim xp̄i vt eſt ſub hoſtia: q2 nō eſt ibi mediantibus dimenſionibus ꝓprijs vt ibi exiſtit: nec agit nec patitur: ideo nec imprimit ſpēm ſuā in oculo alterius: nec vt ibi exiſtit in oculo eius imprimit̄ aliq̄ ſpēs: tñ q2 idē corpus eſt in hoſtia ⁊ extra hoſtiaꝫ: dicebat̄ ꝙ ſi xp̄s videt ſe extra hoſtiā: videt ſe etiā in hoſtia: Nō q2 vt ī hoſtia exiſtit ſuam ſimilitudineꝫ recipiat: ſꝫ q2 eſt idem corpus in hoſtia ⁊ extra hoſtiā ſi informatur oculus xp̄i ſimilitudine ſua extra hoſtiā: informabitur illa eadeꝫ ſimilitudine in hoſtia exñs: q2 ex nãli concomitantia ſpēs illa que informat oculuꝫ xp̄i extra hoſtiam: hꝫ eſſe in oculo xp̄i exiſtēte ī hoſtia: ſic ſuo modo corpus illud paſſibile impaſſibiliter erat in hoſtia: paſſio enim ⁊ dolor videtur contingere ex diuiſione continui: xp̄s enim vt exiſtit in hoſtia nec frangi nec diuidi pōt. Si enim diuidis hoſtiaꝫ non diuidis corpus xp̄i: q2 vt ſupra oſtenſum eſt: ſic eſt totus xp̄s in hoſtia: ꝙ ī qualibet parte hoſtie totus chriſtus exiſtit. Non ergo vulnerari nec ſcindi poteſt chriſtus vt exiſtit in ſacramento. Dimenſiones enim panis ſub quibus eſt xp̄s attriri ⁊ diuidi poſſunt. Sꝫ ꝓpter taleꝫ attritionem corpus xp̄i ſemp manet illeſuꝫ: verū q2 idem corpus ē in hoſtia ⁊ extra hoſtiaꝫ: qcūqꝫ dolor ē in corpore xp̄i extra hoſtiam eſt in corpore xp̄i in hoſtia. Sic ergo poteſt pati corpus chriſti in hoſtia: non quia in ipſa hoſtia ei inferatur paſſio: ſed propter naturaleꝫ concomitantiaꝫ: ſi inferretur paſſio corpori chriſti extra hoſtiam: illa paſſio habebit eſſe ī corpore eius in hoſtia. Sic ergo xp̄s ſe videt in hoſtia: quia ſe videt extra hoſtiam: ſic cum erat corpus eius paſſibile poterat pati in hoſtia ſi patiebatur extra hoſtiam. Ex hoc ergo poteſt intelligi dictuꝫ Hugonis ꝙ

xp̄s coꝛpus impaſſibile dedit diſcipulis cēantibus:qꝛ illa impaſſibilitas nō eſt referenda ad rem: ſed ad modū. paſſibile eniꝫ erat coꝛpus qđ diſcipuli ſumebant:ſed impaſſibiliter ſumebaṫ. hec auteꝫ expoſitio ſatis cōcoꝛdat cū verbis Hugonis: ſi diligenter ꝯſiderentur dicta eius. ait eniꝫ.8.parte de ſacramentis: vbi iſtā queſtioneꝫ ꝑtractat:quō eniꝫ īmoꝛtaliter nō dabatur qui inuiſibiliter ſumebatur:ꝛ incoꝛruptibiliter manducabaṫ: incoꝛruptionem ergo ꝛ impaſſibilitatē non refert ad rem:ſed ad moduꝫ. ¶ Ex hoc etiā patere pōt quō intelligi debeat illud dictuꝫ cōe: ꝙ xp̄o exiſtenti in hoſtia copulare poſſumus doloreꝫ inatuꝫ nō illatuꝫ. Non eniꝫ hoc ſic intelligendū eſt:ꝙ ſiqs inferat per vulnera aliquē doloꝛem xp̄o extra hoſtiā:ꝙ ille doloꝛ nō eſſet in xp̄o in hoſtia. Sic eniꝫ taꝫ doloreꝫ innatū ꝙ̄ illatuꝫ debemus copulare xp̄o exiſtenti in hoſtia: ſiue eniꝫ xp̄s doleret ꝑꝑ doloꝛeꝫ febrileꝫ vel ꝑpter aliquā paſſioneꝫ intrinſecus oꝛtaꝫ:ſiue ꝑpter vulnera:ꝛ ꝑꝑ paſſionē extrinſecus illatā doluiſſet xp̄s extra hoſtiā ꝑꝑ idēptitateꝫ coꝛpoꝛis: ꝛ nāleꝫ ꝯcomitantiaꝫ doloꝛ ille fuiſſet in coꝛpoꝛe xp̄i exn̄te in hoſtia. Sic ergo debemus intelligere ꝙ xp̄o exiſtēti in hoſtia non pōt copulari doloꝛ illatus:qꝛ ei vt exiſtit in hoſtia non pōt inferri doloꝛ: tn̄ ſicut ſi coꝛpus xp̄i fuiſſet reſeruatū in hoſtia:cū patiebaṫ in cruce qn̄ ſeparata fuit aīa a coꝛpe eius in cruce exiſtente:fuiſſet ſeꝑata a coꝛpoꝛe eius exn̄te in hoſtia: ꝛ cuꝫ fuiſſet moꝛtuus in cruce fuiſſet moꝛtuus in hoſtia. Non eniꝫ eſt intelligibile ꝙ idem coꝛpus numero ſimul ſit moꝛtuū ꝛ viuū:ꝛ ſimul ſit aīatuꝫ ꝛ inanimatuꝫ. Sic ḡ oīs doloꝛ qui inferebaṫ in cruce fuiſſet in eo exn̄te in hoſtia:differenter tn̄:qꝛ in cruce vbi erat coꝛpus paſſibile:ꝛ paſſibiliter fuiſſet in eo doloꝛ per illationem. Sed in hoſtia:lꝫ eēꝫ paſſibile:tn̄ qꝛ ibi erat impaſſibiliter nō fuiſſꝫ ibi doloꝛ per illationeꝫ:ſed per redūdantiaꝫ: doloꝛ enim illatus coꝛpoꝛi exn̄ti in cruce,ꝑpter idēptitateꝫ redūdaſſet in coꝛpoꝛe exn̄te in hoſtia. patet ergo ꝙ xp̄s ſemꝑ eſt in hoſtia indifferenter: qꝛ ſemꝑ impaſſibiliter:tn̄ aliquo modo eſt differens coꝛpus xp̄i exn̄s in hoſtia poſt reſurrectionē ꝛ ante paſſionē:qꝛ nūc impaſſibile : tunc paſſibile:qđ declarare volebamus. Propoſitio.XLVII.

Sicut panis in coꝛpus chꝛiſti conuertitur ſic vinum tranſubſtantiaṫ in ſanguinem. Juuamur ergo per precedētia theoꝛemata ad intelligēdum quomodo chꝛiſtus exiſtit ſub ſpecie vini:quia per ea eſt eq̄liter declaratum quomodo ſub panis ſpecie habet eſſe. Declaratio.

¶ Per precedentia theoꝛemata : qbus oſtenſuꝫ eſt qualiter coꝛpus xp̄i eſt ſub ſpē panis: iuuamur ad intelligēdū qualiter eius ſanguis eſt ſub ſpecie vini: qꝛ ſicut totū coꝛpus chꝛiſti eſt in tota hoſtia ꝛ totū in qualibet parte hoſtie per ſe:ſic totus ſanguis chꝛiſti eſt ſub ſpecie vini ꝛ totus ſub q̄libet ꝑte ſpēruꝫ vini. Et ſicut ꝑtes ille ſub quibus eſt coꝛpus xp̄i nō debent eſſe pūctales:ſꝫ debent eſſe tales in qbus reſeruetur ſpēs panis: qꝛ in parte punctali hoſtie nec eſt coꝛpus xp̄i:nec pars eius:ſic ꝑtes ille ī quibus eſt ſanguis xp̄i nō poſſunt eſſe punctales: ſꝫ opꝫ ꝙ in eis reſeruet̄ ſpēs vini. In parte eniꝫ punctali nec eſt ſanguis xp̄i:nec pars ſanguinis.Et ſicut quantitas coꝛpoꝛis chꝛiſti eſt in hoſtia mediante ſuba ꝛ nō econuerſo:ꝑpter qđ coꝛpus xp̄i nō eſt in altari mediātibus dimēſionibus pꝛopꝛijs:ſed mediantibus dimenſionibꝰ ꝛ accidentibus panis:ſic quātitas ſanguis xp̄i eſt in altari mediāte ſuba ſanguinis ꝛ econuerſo ſanguis chꝛiſti non eſt ibidem mediantibus dimenſionibus ꝑpꝛijs:ſꝫ per dimenſiones vini.Et ſicut coꝛpus xp̄i:vt eſt in altari diffinitur ſubſtātialiter:qꝛ eſt ibi per eſſentiam: non tn̄ diffinit̄ localiter: qꝛ pōt eſſe ſub pluribus altaribus: ſic ſanguis chꝛiſti: vt eſt ſub ſacramēto diffinit̄ eſſentialiter:qꝛ eſt ibidē per eſſentiaꝫ:non tn̄ diffinit̄ localiter: qꝛ ſimul in diuerſis altaribus eſſe poteſt.Et ſicut coꝛpoꝛi chꝛiſti exiſtenti ſub ſacramento competit ſitus : qui eſt differentia quantitatis:ꝛ nō qui eſt predicamentuꝫ: qꝛ competit ei oꝛdinatio partiū in toto ꝛ nō in loco:ſic ſanguini chꝛiſti: vt ē ſub ſacramento ꝯpetit ſitus qui eſt differentia quātitatis:ꝛ nō qui eſt predicamentum:qꝛ eſt in eo oꝛdo ꝑtium in toto ꝛ nō in loco.Sanguis eniꝫ chꝛiſti:vt eſt ſub ſacramēto eſt quātus:qꝛ ex nāli cōcomitātia quātitas illius ſanguinis cōcomitatur ꝑpꝛiuꝫ ſubiectum:non tn̄ eſt ibi dictus ſanguis quātitatiue:qꝛ nō eſt ſub ſacramēto mediante quātitate: put vō ſanguis hn̄s eſſe in altari ſacramentaliter dicit̄ quātus:ꝛ cōpetit ei oꝛdo ꝑtiuꝫ in toto:qui eſt differentia q̄ntitatis:qꝛ nō eſt ibi quātitatiue: nō cōpetit ei oꝛdo ꝑtiuꝫ in loco qui eſt predicamentū.Si ergo bene cōſiderantur precedentia theoꝛemata:in qbus declaratuꝫ eſt quō coꝛpus chꝛiſti eſt ſub ſpecie panis:iuuamur ꝑ ea ad intelligendū quō ſanguis eius ſit ſub ſpecie vini. Sꝫ foꝛte videret̄ alicui ꝙ ſanguis: vt eſt ſub ſacramento haberet ſpāleꝫ difficultatē:quā non hꝫ coꝛpus chꝛiſti:vt ſacramētaliter hꝫ eſſe.¶ Dicebatur eniꝫ ꝙ coꝛpus tripliciter ſumi poterit. Naꝫ coꝛpus vno modo dicebat ipſas dimenſiones: ꝛ ſic coꝛpus eſt quātitas:ꝛ eſt directe in genere quātitatis. ¶ Scđo modo coꝛpus dicebat māꝫ cū foꝛma coꝛpoꝛeitatis: ꝛ ſic coꝛpus eſt in genere ſubē ſꝫ rectaꝫ lineā:coꝛpus eniꝫ ſic acceptū nominat mihi coꝛpus qđ eſt genus de quo eſſentialiter predicatur ſuba que eſt predicamentū.¶ Tertio modo dicebat māꝫ oꝛganizatam:que nō eſt in genere ſubē ſm̄ rectaꝫ lineā:ſed per reductioneꝫ.Eſt enim in tali genere:vt pꝛincipiū:nō vt pꝛincipiatuꝫ:nec vt cōpoſitū ex genere ꝛ differentia: pꝛincipia enim ſunt in genere per reductioneꝫ: qꝛ per pꝛincipiata. De pꝛincipijs eniꝫ non predicaṫ genus:ſed de pꝛincipiatis.De mā eniꝫ ſiue accipiaṫ vt oꝛganizata ſiue ſm̄ ſe:nō pōt predicari ſubſtātia: que eſt genus : ſiue que eſt predicamentuꝫ:ſed ſuba que eſt anologum. Naꝫ ſm̄ anologiā tollentē rōneꝫ generis predicaṫ anologice ſubſtantia de materia ꝛ foꝛma ꝛ compoſito.Si ḡ ſic multipliciter pōt accipi coꝛpus chꝛiſti:ſm̄ quā multiplicitatē iuuamur ad euadenduꝫ difficultates multas:qꝛ de ſanguine:vt videtur ſic diſtinguere nō poſſumus:quia videtur incōgruuꝫ ꝙ ipſa materia ſanguis nominetur: videtur ꝙ ſanguis: vt eſt ſub ſacramento ſpecialem difficultatem cōtineat: qꝛ per multiplicitateꝫ ſanguinis ſignificatam foꝛte non poſſemus difficultates effugere:ſed ſi intrinſecus cernit̄ veritas:non videtur alias difficultates habere hoc ꝙ̄ illud.Cuꝫ eniꝫ diſtinguimus conuerſioneꝫ vini a conuerſione panis: ꝛ dicimus ꝙ panis conuertitur in coꝛpus ꝛ vinuꝫ in ſanguineꝫ:coꝛpus chꝛiſti nō debꝫ ibi accipi ſm̄ rōnem cōem:qꝛ ſic non diſtinguit̄ a ſanguine. Sanguis enim quoddaꝫ coꝛpus eſt.Et vt tollatur equiuocatio dicamus ꝙ panis ꝯuertitur in carnē: ꝛ vinuꝫ in ſanguinē. Uerū eſt eniꝫ ꝙ panis in carnē ꝯuertitur: ſm̄ aūt ꝙ plurima dicta ſanctoꝝ hoc teſtantur:imo ipſa euāgelica veritas hoc ſonare videtur.chꝛiſtus enim qui dicit diſcipulis ſuis accipite ꝛ manducate ex hoc omnes. hoc eſt eniꝫ Mat.26
coꝛpus meum: ille idem ait: niſi manducaueritis carnē Joan.6.
filij hominis:ꝛ biberitis eius ſanguinem non habebitis vitā in vobis:coꝛpus ergo chꝛiſti ſumimus ꝛ carnē eius manducamus. In coꝛpus xp̄i panis ꝯuertit̄: ꝛ in carneꝫ

eius tranſubſtantiaẽ. Quero ergo caro xpi: in quã panis
conuertitur: vtrũ dicat materiam cuȝ forma accidẽtali:
vel dicat mãȝ cũ forma ſubali: vel noiet ipſaȝ mãȝ ſubie
ctam forme ⁊ accñtibus carnis. Non poteſt dici ꝙ dicat
mãm cũ forma accñtali: q2 ſi in tale cõpoſituȝ conuerte-
retur ſuba panis: tunc aliqd eſſet ꝯuerſuȝ in accñtia cor-
poris xpi: qȝ eſt falſum. Dictuȝ eſt.n. ꝙ hec conuerſio ds
nominari trãſubſtantiatio: q2 ſolũ ſubſtantia in ſubſtan-
tiam ꝯuertiẽ: in accñtia vo nihil eſt conuerſuȝ. Si vo di-
catur ꝙ caro dicit qd compoſituȝ ex mã ⁊ forma ſubali:
opȝ illã formã ſubſtantialẽ eſſe id per qȝ caro eſt caro: q2
ſi panis ſubſtãtia ꝯuerterẽ in cõpoſituȝ ex mã ⁊ forma:
⁊ illa nõ noiaret formã per quã caro eſt caro: ꝓpter taleȝ
ꝯuerſioneȝ dici nõ poſſet ꝙ aliqd eſſet ꝯuerſuȝ in carnẽ.
Forma autẽ ſubalis per quã caro ẽ caro: vr̃ eſſe aia. Nõ
enim poſſumus dicere ꝙ forma ſubalis dans carni eẽ ſit
forma precedens oẽm aiam: q2 mã recipit ſubſtantiales
formas ordinate: ſiue.n. ponamus vnã ſubſtantialeȝ for-
maȝ in cõpoſito: ſiue plures: vt ſaluẽ ordo predicamẽti
⁊ forma generis ⁊ ſpeciei: opȝ nos ponere aliquo mõ plu
ralitateȝ formaꝝ: ſed ponendo vnã formã erit illa plura
litas ſm rõneȝ: ponẽdo plures erit ſm eſſe: qualitercũqȝ
hanc pluralitatẽ ponamus: mã prius recipit formas ma
gis vniuerſales: ⁊ poſtea minus vniuerſales: vt dicit Cõ
Cõ.17. mentator 2º metha. Qȝ declarare ⁊ ſi vtile eſſȝ preſenti
operi: tñ breuitatis cã volumus ſilentio preterire: idem
eſt ergo formã ſubſtantialẽ prius recipi in mã ⁊ eſſe vni-
uerſaliorẽ. Si ergo forma per quã caro eſt caro: precedit
vniuerſaliter aiam: prius eſt aliqd habere carneȝ q̃ȝ eſſe
aiatuȝ: ⁊ vniuerſalior eſt forma illa per quã caro eſt caro
q̃ȝ ſit aia: quicquid ergo viueret: ⁊ quicquid eſſet aiatum
haberet carnem: qȝ eſt falſum. Jmmo q2 multa ſunt aia-
ta carneȝ non habentia: vniuerſalior eſt aia ſimplr ſum-
pta q̃ȝ ſit illa forma. in hoie vo vbi cõgruẽtius eſt ponere
vnã aiaȝ q̃ȝ tres aias: q2 ⁊ ſi nõ per eandẽ formã ſubſtan-
tialem homo eſt hõ ⁊ corpus: videtur tamen oino eſſe te
nenduȝ ꝙ per eandeȝ formã: vt per aiaȝ rõnaleȝ ſit hõ ⁊
viuat: nec videtur poſſibile ꝙ remota aia rõnali hõ poſ-
ſet viuere: formaliter eniȝ illa aia que dat homini vitã:
videtur oino eſſe aia rõnalis: q2 creauit deus hominẽ de
Geneſ. limo terre: ⁊ inſpirauit in cuȝ ſpiraculũ vite: ⁊ factus eſt
2.ca. homo in animaȝ viuenteȝ: per creationẽ ergo eſt anima
qua hõ viuit: ⁊ ſi ante infuſioneȝ anime rõnalis apparẽt
in embrione opa vite: vel hoc eſſe videẽ per aliquã vir-
tem imiſſam ab aia matris: ⁊ a virtute in ſemine patris:
vel ſi eſt per aiaȝ vegetatiuã diſtinctã ab anima matris:
quod a multis forte non indocte teneri videtur: ꝙ opor-
tet animã illã cedere in potẽtia materie aduenienie in-
tellectiuo: qȝ dat hoi vitaȝ: ⁊ ſi per eãdeȝ animam homo
eſt hõ ⁊ viuit: multomagis per eãdeȝ aiam eſt hõ ⁊ ẽ aial.
extrema.n. nõ vniuntur: nec poſſunt fieri idem niſi ⁊ me
dium ſit idem cũ extremis: cum forma viui ſit ſupra for-
maȝ aialis: ⁊ forma aialis ſit cõior q̃ȝ forma humana: nõ
videtur poſſibile: ꝙ homo per eãdeȝ formam ſit homo ⁊
viuat: ⁊ tamen per eãdeȝ formaȝ non ſit homo ⁊ animal.
¶ Ex hoc autẽ videtur ſequi ꝙ forma ſubſtantialis: per
quã caro hois eſt caro: ſit aia rationalis: nã forma illa eſt
intra viuũ. Non aũt poteſt dici ꝙ ſit infra aiaȝ rõnalem
cũ aia rõnalis ſit forma ſpecifica. Si ergo aia rationalis
eſt eadeȝ cum forma viui: que videtur eſſe magis extre-
ma: vt videtur: erit eadẽ cuȝ forma carnis. Cum ergo in
aiaȝ rõnaleȝ nihil ꝯuertaẽ: q2 aia eſt in ſacramento alta-
ris ex naturali ꝯcomitantia: non ex vi ſacramẽti: ⁊ caro
dicit qd cõpoſituȝ ex mã ⁊ forma que eſt aia: in taleȝ car-
nem nõ ꝯuertetur ſubſtantia panis. Videẽ ergo ſi argu-

menta predicta efficaciã habent: ꝙ caro dicat ipſaȝ mãȝ
ſubiectaȝ forme ⁊ accidentibus carnis. Quid ergo inter
tot diuerſitates dicemus: ſiue vnam formã ponamus in
compoſito ſiue plures: intelligere quõ ſubſtantia panis
conuertitur in carnẽ chriſti: difficultatẽ habet. Et q2 cõi-
ter ponitur ꝙ ſiquis ſacrificaſſet in illo triduo: ĩ quo fuit
aia chriſti a carne ſeparata: fuiſſet ſub ſacramento caro
mortua ⁊ caro ſine aia: hoc eſt qȝ maxime auget queſtio
nis difficultateȝ. Volunt eniȝ doctores ſaluare idẽptita
teȝ corpis xpi mortui ⁊ viui pp idẽptitateȝ forme ſubſtã
tialis. Dicunt eniȝ corpus chriſti nõ per eandeȝ formaȝ
eſſe corpus ⁊ viuere: iõ remota forma viui remanet cor-
poreitas: ⁊ eſt ideȝ corpus mortuũ ⁊ viuuȝ: ꝓpter eandeȝ
corporeitateȝ. Nũqd de carne hoc poterimus dicere: ꝙ
in carne mortua remanet forma ſubſtantialis: per quaȝ
caro eſt caro: quod nullo modo videtur: forma eniȝ viui
vt oſtenſum eſt: vniuerſalior eſt ⁊ prior q̃ȝ forma carnis:
amoto aũt priori ⁊ magis vniuerſali non videtur conue-
niens ꝙ remaneat poſterius ⁊ minus vniuerſale. Si er-
go non remanet viuuȝ nõ videtur ꝙ remaneat caro: niſi
forte equiuoce: vt ſi ſub alia rõne caro accipiaẽ. eſt ergo
ſecundus modus dicendi: ꝙ corpus chriſti mortuuȝ ⁊ vi
uuȝ ſit ideȝ corpus numero ⁊ dicaẽ vniuoce corpus: caro
vo xpi mortua ⁊ viua ſit alia ⁊ alia caro nũero: ⁊ dicaẽ ca
ro equoce: vt ꝙ ſit caro vniuoce in qua eſt aia: equiuoce
autẽ in qua fuit aia. Caro vero in qua nec eſt aia nec fuit
aia: nec eſt caro vniuoce nec equiuoce: qui modus ſi be-
ne ꝯſideratur: ⁊ ſi nõ probat qȝ ꝯcluſuȝ eſt: nõ irrefraga-
biliter oſtendit per quaȝ formaȝ eſt caro: ⁊ caro eſt infra
formã viui. Concedemus igitur taȝ abſurde dictuȝ ꝙ ſi-
quis in illo triduo ſacrificaſſet ſubſtãtia panis fuiſſet cõ
uerſa in ideȝ corpus numero: ſed non in eãdeȝ carneȝ nu
mero: ſȝ has difficultates euadere poterimus: ſi poſueri
mus vnaȝ formaȝ in cõpoſito: dicendo ꝙ ipſi ſuppoſito
competit eſſe ſimpliciter: ⁊ poneremus ꝙ ex ſuppoſito ⁊
ex ypoſtaſi debet accipi idẽptitas numeralis: ita ꝙ quã-
diu eſt in eodeȝ ſuppoſito: tãdiu eſt idẽ numero: forte fa-
cile eſſet euadere difficultates tactas: naȝ ſic caro chriſti
mortua ⁊ viua: ⁊ corpus eius mortuũ ⁊ viuuȝ eſſet idem
numero propter idẽptitatem ſuppoſiti: quia vnio verbi
ad carneȝ nunq̃ȝ fuit ſeparata. Et ſi quereret quid noia-
ret caro diceretur ſcðm modum dicendi ꝙ caro: vt dicit
parteȝ compoſiti dicit ipſaȝ materiã ſubiectã forme ⁊ ac
cidentibus carnis: ſicut corpus dicebat materiã organi-
zataȝ. Naȝ caro ⁊ ſanguis ⁊ oſſa ⁊ huiuſmodi partes cor-
poris organizate dupliciter pñt conſiderari: vel vt ſunt
nomina ſubſtantiaruȝ: vel vt ſunt nomina organorum ⁊
officioruȝ: ſm ꝙ nominant ſubſtantiaȝ: eadeȝ forma in-
formantur: eadeȝ eniȝ aia rationalis eſt eadem in quali-
bet parte corporis dans eſſe cuilibet pti. ſm vero ꝙ ſunt
noia organoꝝ ⁊ officioruȝ: ſic perficiuntur per accidẽta-
les formas: naȝ lȝ oculus habeat eſſe ab aia: vt eſt quedã
ſuba: ſicut dolabra habet a forma ferri vt eſt res natura-
lis: tñ cuȝ oculus eſt quoddã organũ: ⁊ eſt nomen officij:
hȝ eſſe a forma accidẽtali: q2 virtus viſiua que eſt quod-
daȝ accidens: accipiendo accidens ſȝ ꝙ accidens inclu-
dit nomẽ generale: ⁊ eſt forma oculi ſicut dolabre: vt eſt
quoddaȝ organuȝ artis: ꝯſtituitur in eſſe per formaȝ acci
dentaleȝ: oẽs enim forme artificiales ſunt accidentia: vt
dicit Cõmentator in pº phyſicoruȝ. Jdeo dictum eſt: ꝙ ſi
oculus eſſet aia: viſus eſſet forma eius: ⁊ quod dictuȝ eſt
de oculo põt intelligi de carne ⁊ de alijs partibus corpo
ris. Caro ergo vt diuidiẽ ꝯtra aiaȝ: ⁊ vt dicimus ꝙ eſt hõ
cõpoſitus ex carne ⁊ aia: q2 ſic de carne loqui intẽdimus
non includit aiaȝ: ſȝ quaȝ acceptioneȝ dupliciter poteſt

ſumi: vel vt eſt nomen ſubſtantie: vel vt eſt nomē officij:
vt eſt nomen ſubſtantie dicit mām ſubiectā anime rōna
li ſiue forme ſubſtantiali: vt eſt nomen officij dicit mām
ſubiectā formis accñtalibus. Et q͛ in qbuſdā accidētali
bus ↄueniunt caro mortua ⁊ viua: lȝ non ↄueniant ī for
ma ſubali: ſi ponamus vnā formā ſubalez in cōpoſito: ca
ro mortua ⁊ viua eſt aliquo modo caro vniuoce propter
vniuocatiōez ⁊ vnitatē aliquoꝝ accñtiuȝ. hec aūt vniuo
catio non eſt oīno deſpicienda: cū a forma accidentali ſu
mi poſſit nomen carnis. Si ergo querat̄ ponendo vnam
formā quid noīat caro: in quā cōuertit̄ ſuba panis: plana
eſt riſio: q͛ dicit ipſam mām ſubiectā forme ⁊ accidenti
bus carnis: lȝ enim nō diuerſificet eſſentiā māe ↄſidera
re mām ſm ſe: ⁊ vt eſt ſubiecta tali ⁊ tali forme: tñ quātū
ad eſſe: ⁊ quātuȝ ad moduȝ eſſendi eſt magna diuerſitas:
ſm ergo hunc modū dicendi nunq̄ caro dicit ipſaȝ māȝ
per ſe: ſed dicit mām vt cōpetit ei qdā modus quē acqui
rit: vt eſt ſubiecta forme ⁊ accidētibus carnis tñmodo:
qui modus ſupra nām māe nullā addit eſſentiā. Naȝ vt
ſupra tangebat̄ ſi aliqd ↄuerteret̄ in albedinē exiſtentē
in pariete: ⁊ ſi non eſſet ↄuerſum niſi in ſolā eſſentiā albe
dinis: in talem tñ albedineȝ ↄuerteret̄ qualē inueniret:
p̄pter qd̄ lȝ albedo de ſe non dicat qd extenſum: illud tñ
eſſet ↄuerſum in aliquod qd̄ hȝ partes: ⁊ ſi eſſet albedo il
la magna: ↄuerſio eſſet facta in aliqd magnū: ⁊ ſi eēȝ par
ua in aliqd paruū. Sic ergo aliqd poteſt ↄuerti ī albedi
nem abſq̧ eo q̄ ↄuertatur in ſuperficiē: ⁊ tñ aliud eſt cō
uerti in albedineȝ magnā; ⁊ aliud in paruā. Sic aliqd po
teſt ↄuerti in mām ſubiectā anime rōnali ⁊ accidētibus:
qd̄ non ↄuertitur in rōnalez aīaȝ nec in accidentia. Et q͛
alium ⁊ aliuȝ modum hȝ mā: vt alij ⁊ alij eſt ſubiecta rō
ne hꝰ ſupadditi poteſt aliud ⁊ aliud nomen ſortiri. eſt. n.
aliud cōuerti in mām ſubiectam: vni ⁊ aliud in māȝ ſub
iectam alij. Sicut ergo ſupra oſtenſuȝ fuit q̄ ſola mā po
terat dici corpus p̄ut competit ei qdā modus quātitati
uus qui nām nullā addebat ſupra nām materie: ſic vr̄ q̄
ſola mā poſſit dici caro ⁊ ſanguis p̄ut additur ei: quidaȝ
modus quē acquirit mā: p̄ut eſt ſubiecta forme: ⁊ accidē
tibus carnis ⁊ ſanguinis: lȝ non ſit nobis ſp̄aliter nomi
nabilis ille modus: diuerſificat̄ tamen talis modus pro
pter diuerſitateȝ forme ⁊ accidentium: qbus mā ſubijci
tur. Si. n. caro eſt caro propter aīaȝ: ⁊ caro per ſe loquen
do: ⁊ ſm q̄ hꝰ non dicit mām cum alia forma ſubſtātia
li: cum formaliter ⁊ per ſe nō habeat aliam formam qua
ſit caro. Caro ergo vt eſt pars eſſentialis aīalis: q͛ aīal di
uiditur in aīam ⁊ carnē: vel dicit mām ſm ſe vel vt com
petit ei qdaȝ modus quē acqrit: vt eſt ſubiecta aīe ⁊ acci
dentibus carnis: vel caro in ſui ſignificato īcludit aīam:
⁊ dicit quoddam totū vel etiaȝ includit ipſa accidentia.
Non poteſt dici q̄ caro dicat ipſam mām ſm ſe: q͛ cum
vna ſit mā oīuȝ habentiuȝ eam: oīa generabilia haberēt
carnem: qd̄ falſum eſt: nec pōt dici q̄ caro dicat quoddā
totum ad aīam: ⁊ ad id qd̄ anime ſubijciatur: cuȝ caro ſit
pars eſſentialis aīalis diuiſa ↄtra aīam: nec etiā dici pōt
q̄ caro in ſuo ſignificato includit ipſa accidentia: cū acci
dentia non poſſint eſſe pars eſſentialis ſubſtātie. Relin
quitur ergo q̄ caro dicat ipſam mām: vt induit quēdaȝ
modum queȝ acqrit: vt eſt ſubiecta forme ⁊ accidētibus
carnis: qui modus per ſe loquendo nullā eſſentiaȝ addit
ſupra nām materie: vt pluries dictū eſt. ¶ Hoc aūt poſi
to nō videtur habere difficultatem intelligere quō ſub
ſtantia panis ↄuertitur in carnem xp̄i: ⁊ quō vinū in ſan
guineȝ: ⁊ quō vna conuerſio differt ab alia: ⁊ quō per neu
tram ↄuerſionē ↄuertitur aliqd in aīam rōnalem vel in
accidentia: ſed in id qd̄ ſubijcitur aīe rōnali ⁊ accidenti
bus: ⁊ etiā apparere poteſt quō ſi aliqs ſacrificaſſet ī illo
triduo: cōfeciſſet carnem eādeȝ numero p̄pter idēptita
tem ſuppoſiti: ⁊ ↄfeciſſet eādem carnem vniuoce aliquo
modo: nō ſolum pp̄ idēptitateȝ māe: ſed etiā pp̄ idēptita
tem ipſius modi additi māe: rōe cuius recipit nomē car
nis donec p̄uentuȝ ſit ad incinerationē vel ad plenā cor
ruptioneȝ ſemp ibi pōt eſſe caro vniuoce pp̄ vnitatē mo
di exiſtēdi. Sicut. n. manet qualitas ſimbola in re gene
rata ⁊ corrupta: ſic manet ille modus vniuocus in re ge
nerata ⁊ corrupta. Non ergo ſimplr̄ tollitur ille modus
vſq̧ ad incinerationē vel ad perfectam corruptioneȝ ad
quā cum peruentum eſt: lȝ maneat mā: non tñ meret̄ no
men carnis: q͛ non vlterius ei cōpetit ille modus exiſtē
di: per quē dicitur caro. Et qd̄ dictuȝ eſt de carne intelli
genduȝ eſt de ſanguine: videt̄ ergo q̄ ponendo vnaȝ for
maȝ in cōpoſito eſt facile ſuſtinere p̄poſituȝ. tñ q͛ de ve
ritate hꝰ māe non conſtat: huic p̄poſitioni non aſſentio:
ſufficit mihi ſcire q̄ panis ↄuertitur in verā carneȝ xp̄i ⁊
in verū corpus eius in illud qd̄ fuit formatū ex ſanguini
bus virginis: qd̄ fuit imolatuȝ in cruce: ⁊ vinū conuertit̄
in verū ſanguinem: qui pro redēptione generis humani
fuit effuſus: cui hoc nō ſufficit cuȝ freno fidei querat vl
terius: mihi aūt hoc ſufficit. Nam vt dixi ⁊ iterū iterare
nō piget: malo in ſimplicitate mea manere: q̄ de arduis
temere iudicare: tñ tñ pōt eſſe per habita manifeſtuȝ: q̄
per theoremata p̄cedentia: per que eſt aliq̄liter declara
tum corpus xp̄i eſſe ſub ſpecie panis: iuuamur ad intelli
genduȝ quomodo ſanguis eius eſt ſub ſpecie vini: qd̄ de
clarare volebamus.

Propoſitio. XLVIII.

Accidētia panis ⁊ vini ſub quibus eſt totus xp̄s nō fundant̄ in ſubſtantia ali qua: poſſunt tñ ad generatiōeȝ ſubſtā tie mām imutare.

Declaratio.

¶ Uidetur aliqbus forte irrōnabile eſſe: ſi accidentia pa
nis ⁊ vini: ſub quibus exiſtit corpus ⁊ ſanguis chriſti: poſ
ſint imutare mām ad generationeȝ ſubſtantie. Nō eniȝ
videtur preter rōneȝ eſſe ſi dicta accidētia imutant ma
teriā ad generationeȝ accidentalis forme: q͛ accidentia
nō agunt vltra ſuā ſpēm: ſi formā accidentalē inducunt:
ſed ſi inducunt ſubſtantialē formā videt̄ tranſcendere
modū proprie virtutis ⁊ p̄prie ſpeciei. nihil eniȝ agit vl
tra ſpēm ſuā in virtute p̄pria: niſi agat in v̄tute alterius:
ideo accidētibus non cōpetit trāſmutare mām ad gene
rationem ſubſtantie: niſi in virtute ſubſtantialis forme.
Cum ergo accidentia illa: ſub qbus eſt corpus ⁊ ſanguis
chriſti nō fundent̄ in aliqua ſubſtantia nō poterunt age
re in virtute alicuius ſubſtantialis forme: poterunt ergo
imutare mām ad generationeȝ forme accidentalis non
ſubſtantialis. Si ergo aliqua gutta permiſceatur accidē
tibus illis ſub qbus eſt ſanguis chriſti: poterit illa aqua:
vt videtur alterari ſoluȝ. ſed nequaq̄ corrūpi: vel ſi illa
aqua corrūpi poteſt: ⁊ ex ea aliqd generari hoc erit ī vir
tute ſubſtātialis forme: q͛ videt̄ valde mirabile ſi vna
gutta aque imiſceretur accidētibus vini in magna quā
titate: q̄ illa accidētia non poſſent aquaȝ corrūpere: imo
q͛ alteratio magis facta abijcit a ſubſtātia: ſi illa accidē
tia poſſunt aquā alterare: poterunt eam corrūpere. Dan
dus eſt ergo modus ne ſenſus neget̄: quomō illa accidē
tia poſſunt immutare materiam ad generationem ſub
ſtantie: poteſt eniȝ eſſe per habita manifeſtū qualiter in
ſacramēto altaris poſſit eſſe generatio paſſiue: vt q͛ nul
lo miraculo contingente poteſt ibi redire mā de qua pōt
forma ſubſtantialis educi: non tamē eſt per dicta pateſa
ctum qualiter ibi eſſe poſſit generatio actiue: ſiue q̄liter

accidentia illa poſſunt imutare mãm ad generationem ſubſtantie:cũ ergo hoc efficere nõ cõpetat accidentibus niſi in virtute ſubſtãtie:illis aũt accidentibus nulla ſubſtantia ſit ſubiecta nõ poterit ibi talis immutatio fieri. ¶ Notandũ ergo:ꝙ lꝫ ipſa accidẽtia non pñt in generationeꝫ ſubſtantie niſi in virtute forme ſubſtantialis:non tñ opꝫ accidentia ſemꝑ eſſe ↄiuncta illi forme ſubſtãtiali in cuius virtute faciunt ad gnõneꝫ ſubſtãtie:videmus eniꝫ ꝙ nãliter leo leonẽ generat:ꝛ aĩalia ꝑfecta ſibi ſimilia ꝑducant:virtus aũt exñs in ſemine leonis non poteſt diſponere mãm vt ſit ſuſceptibilis aĩe leonis:niſi h agat in virtute ipſius forme leonis ſiue aĩe eius. Et lꝫ virtus exñs in ſemine maſculi faciat ad gnõnem fetus ꝓut agit in virtute aĩe patris: non tñ ſemꝑ illa virtus eſt ↄiuncta illi forme vel illi aĩe:qꝛ ſemẽ in quo ẽ talis virtus eſt aliquid diuiſum ſeparatũ a patre. Dicunẽ ergo accidentia facere ad generationẽ ſubſtantie in virtute ſubſtãtie:nõ qꝛ ſint ↄiuncta illi ſubſtantie in cuius virtute hec agunt: ſed qꝛ a forma ſubſtantiali hñt: qꝺ pñt in generationem ſubſtantie.poterũt ergo accñtia vini corrũpere liquoreꝫ eis imixtuꝫ:ꝛ generare inde ſubſtantiã aliã:qꝛ corruptio vnius ẽ generatio alterius:ꝛ generatiõeꝫ illius ſubſtãtie facient in virtute ſubſtantialis forme: non qꝛ illi forme ſunt ↄiuncta:cum forma vini non maneat: ſed qꝛ cũ orta ſunt accidentia illa ex ꝑncipys vini:acceperunt a forma vini vt poſſent imutare mãm ad generationẽ vini. Cum igitur non efficiant generationeꝫ vini niſi in virtute illa quã acceperunt ab illa forma:adhuc dicunẽ agere in virtute forme vini non obſtante ꝙ forma illa non maneat: ſicut qꝛ virtus in ſemine patris dicĩ accipere ab aĩa patris ꝙ poſſit diſponere mẽſtruuꝫ ad ſuſceptionẽ anime: dato ꝙ tꝑe illo quo mater eſt pregnans pater decederet: adhuc ſemen dĩ agere in virtute anime patris:non qꝛ pater ſit:ſꝫ qꝛ eſt in ſemine illa virtus quã accipit ab aĩa patris:in cuius virtute diſponit mãm. ¶ Ex hoc autẽ patere põt:cum apponiẽ aqua vel alius liquor inter accidentia vini:ſub qbus eſt ſanguis chriſti:vtrũ generetẽ ibi ſanguis vel vinuꝫ. Nam accñtia illa que imutant mãm ad ſuſceptionẽ forme nõ acceperunt virtuteꝫ agendi ex ꝑncipys ſanguis:ſed ex ꝑncipys vini: ꝛ non agunt in virtute ſanguinis: ſed in virtute vini:lꝫ .n. ſub ſpẽbus vini ſit ſanguis xp̃i cum oĩbus ſuis accidentibus: tamen accidẽtia ſanguis nõ ſunt ibi modo quo poſſunt imutare mãꝫ. Et qꝛ tota illa tranſmutatio fit ab accidentibus vini:nequaꝗ̃ ille liquor admixtus accidentib9 illis accipiet formã ſanguis:ſed formã vini. Immo ex hoc ipſo quod ex tali actione non generatur ſanguis: ſed vinuꝫ:vt ſanctorum auctoritates teſtantur:pꝫ qũo illa accidentia dicuntur agere in virtute forme ſubſtantialis: qꝛ talia accidẽtia ex principys vini orta acceperũt a forma vini vt poſſent imutare mãm ad ſimileꝫ formã:poſſet autẽ aſſignari alia rõ: qũo accidentia illa:cuꝫ non fundenẽ in ſubſtãtia:poſſunt diſponere mãm ad generationeꝫ ſubſtantie. ¶ Ad cuius euidentiã ſciendꝰ ꝙ ad generationeꝫ animaliuꝫ ꝑfectoꝝ non ſufficit corpus ſupceleſte: ſꝫ oꝫ generationeꝫ illã antecedere aĩal ſimile in ſpẽ. Nam ſi ſol generat vermes ꝛ mures ꝛ eſt pater plantaꝝ: hõ autẽ gene-

T.c.26. rat homineꝫ ex mã ꝛ ſol: vt dicĩ 2° phyſicoruꝫ.ꝛ pari rõne leo generat leoneꝫ ex mã ꝛ ſol:ſed imperfecta ꝛ inanimata non ſolũ ſunt a ſibi ſimili:ſed etiã a ſole: ignis eniꝫ non ſolũ fit ab igne:ſed etiaꝫ a motu:motus.n.in virtute corporis ſupceleſtis facit ad generationeꝫ ignis. Accidẽtia ergo vini poterunt imutare aquã ad ſuſceptionẽ forme vini:tum qꝛ remanet eis virtus quã acceperunt a ꝑncipys vini in cuius virtute hoc agũt:tuꝫ qꝛ hec efficiunẽ in virtute corporis ſupceleſtis:qꝺ ſufficit ad ꝑductioneꝫ forme vini mediante alteratione quã exercent accidentia vini ſuper liquoreꝫ imixtum. patet ergo ꝙ non obſtãte ꝙ accidentia vini non fundantur in ſubſtãtia aliqua: poſſunt imutare mãm ad generationeꝫ ſubſtantie:quod declarare volebamus.

Propoſitio.XLIX.

Non obſtante ꝙ fuit cõis philoſophorum ſententia nõ eſſe poſſibile accidẽtiuꝫ mixtionẽ: poterit tñ accñtib9 vini liquor aliqs imiſceri. Declaratio.

¶ Fuit aũt cõis phoꝝ ſententia ꝙ paſſionũ ꝛ accidentiũ non eſt poſſibilis mixtio: vt oſtendit phus ꝑ de gnõne .c. de mixtione. T.c.83. Sed ſi conſideratur eorũ motiuũ:ꝛ ex qua radice dictus ſermo prouenit:nõ obuiaẽ catholice veritati qua dicimus ꝙ cõuerſione facta accñtia vini remanent ſine ſubo:qbus põt liquor aliqs imiſceri:naꝫ cã quã tangit phs:quare accñtiuꝫ nõ eſt mixtio:ſumitur:qꝛ non habẽt per ſe eſſe. vnde.c.de mix.ait:ꝙ neqꝫ albũ neqꝫ diſciplinaꝫ neqꝫ aliqꝺ inſeꝑabiliũ ↄtingit miſceri:ꝛ ſubdit cãm:qꝛ opꝫ vtrũqꝫ mixtoruꝫ ſeparabile eſſe. paſſionum aũt vt ait nulla eſt ſeꝑabilis. Tota ergo cã:quare accidẽtia miſceri non pñt eſt:qꝛ ſunt inſeꝑabilia: ſed ſi haberẽt eſſe ſeꝑatuꝫ miſceri poſſent. liquor ergo aliqs miſceri poterit ſacramento altaris:nõ ꝙ miſceaẽ ſanguini:ſꝫ miſcebitur accñtibus vini:vt Innocẽ.d. Sunt.n.illa accidentia ſeꝑata imo eoꝝ poterit eſſe mixtio. Nõ aũt miſcetur liquor ſanguini: qꝛ nõ fit mixtio niſi diuiſibiliũ: iõ circa fi.pri.de ge.dĩ.que ſunt indiuiſibilia nõ ſunt bene miſcibilia. T.c.86. Cum ergo ſanguis xp̃i nõ ſit ſub ſacro diuiſibilr:qꝛ ſi diuidanẽ accñtia illa ſub qbus ẽ ſanguis xp̃i ſub quali-bet parte erit totus ſanguis. Accñtia ḡ vini miſceri poſſunt:qꝛ ſunt ſeꝑabilia ꝛ per ſe exñtia: ſꝫ non ſanguis. Sꝫ ſi ſic dicimus qꝺ credimus bene dictũ:duo dubia nobis occurrũt. ¶ Primo qũo fieri poſſit talis mixtio:cũ vnũ ꝛ idem nõ poſſit habere eſſe ſeꝑatuꝫ ꝛ inſeꝑatuꝫ. Si eniꝫ liquor miſceẽ liquori ex illis mixtis fit vna ſuꝑficies.ergo ſi miſcereẽ aliqs liquor illis accñtibus fieret ibi vna ſuꝑficies. Eſſꝫ ergo illa ſuꝑficies ſine ſubo ꝛ in ſubo. Sine ſubiecto:qꝛ eſſet ſanguis cõtentiua: in ſubiecto qꝛ fundaretur in ſuba vini. Scdo occurrit dubiũ vtrũ per ammixtioneꝫ alterius liquoris ibi eſſe deſinat ſanguis xp̃i. ¶ Primũ dubiuꝫ de facili ſoluiẽ: qꝛ nõ eſt incõueniens ꝙ ideꝫ ſm diuerſas ꝑtes poſſit eſſe affirmatio ꝛ negatio. Eadem.n.ſuperficies ſm vnaꝫ parteꝫ põt eſſe alba:ꝛ ſm aliã nigra; ꝑpter qꝺ erit alba ꝛ non alba: ꝛ nigra ꝛ non nigra:ſꝫ non ſm ideꝫ. Sic vt cõiter poniẽ ſi liquor miſceaẽ accñtibus illis:ꝛ fiat inde vna ſuꝑficies erit ſuꝑficies illa in ſubo ꝛ nõ in ſubo:ſꝫ nõ ſꝫ ideꝫ. Sꝫ ꝗ̃tuꝫ ad vnã ꝑtẽ erit in ſubo:ꝗ̃tuꝫ ad aliã non. ¶ Scdm vo dubiũ ſic ab aliqbus ſoluiẽ:qꝛ cum aliqs liquor imiſceẽ accñtibus illis:deficit ibi eſſe ſanguis ſm ꝙ liquor appoſitus attingit:ꝑꝑ qꝺ ſi ſit tantus liquor qꝺ poſſit attigere oĩa accidẽtia iſta:nullo mõ erit ſanguis. Si vo ſit liquor iſte in tanta ꝗ̃titate ꝙ attingit ad oĩa accñtia: ſꝫ ad aliquã parteꝫ deficiet eſſe ſanguis xp̃i in illa ꝑte vbi attigit ille liquor. Sed iſtud non videtur poſſe ſtare:qꝛ ſi ſm ꝙ attingit liquor appoſitus ſic deſinit ibi eſſe ſanguis: cuꝫ ſemper liquor appoſitus aliqd attingat ſemꝑ in aliqua parte deſinit ibi eſſe ſanguis: ꝑpter qꝺ augmẽtatus erit liquor in quo nõ eſt ſanguis: ꝛ qꝛ cum eſt augmẽtatus plus põt attingere de accñtibus illis:ſub qb9 eſt ſanguis:ſanguis ad vltimũ totum attinget: ꝛ ſub oĩbus illis accidẽtibus deſinet eſſe ſanguis. Si ḡ tanta eſſent illa accñtia ſub quibus eſt ſanguis xp̃i ꝙ repleret vnũ dolium:ſi apponereẽ

vna gutta vini vel alicuius alterius liquoris ſub oībus illis accidētibus deſineret eſſe ſanguis chriſti: qḋ videṫ abſurdū. ℂ Notandū ergo ꝙ ſanguis xp̄i eſt ſub ſacramento altaris q̄diu eſt ibi ſpēs illius vini ſub qua eſt dictus ſanguis. tot ergo modis pōt ibi deſinere eē ſanguis xp̄i: quot modis pōt tolli ſpēs illiꝰ vini: ſm̄ aūt ꝙ ſpectat ad pn̄s: aliqd poteſt corrūpi dupliciter: vel per ꝯriū vel per diuiſionē mãe. dupliciter. n. pōt corrūpi caro vel aq̄: vel per actionē ꝯriā: vt ſi cōtrarie qualitates carnis ⁊ aq̄ inducerenṫ in mã: in qua eſt aqua vel caro: vel per diuiſionem materie ꝙ ita modicū acciperetur de mã ꝙ ibi ſaluari non poſſet ſpecies aque vel carnis: ſic etiā dupliciter tolli poteſt ſpēs illius vini: vel per ꝯriā actionem: vt ſi introducanṫ ibi ꝯtraria accidentia accidētibus vini: vel per diuiſionē: vt ſi adeo modicū acciperetur de illis ſpeciebus ꝙ ibi ſaluari nō poſſet ſpēs vini: quocūqꝫ autē iſtoꝝ modoꝝ fieret ibi eſſe deſineret ſanguis xp̄i.

Aliquid corrumpi pōt dupliciter.

Cum ergo aliquis liquor admiſcetur accidentibus illis vel eſt ſimilis vel ꝯtrarius. Si ſimilis nō poterit ibi deſinere ſpēs vini per actionem ꝯtrariā: qꝛ agens ⁊ patiēs in pn̄ꝰ dn̄r eē diſſilia nō ſilia. poterit tn̄ ibi deficere ſpēs vini per diuiſionē ꝯtinui: qꝛ ſi intra liquorem appoſitū accidētibus illis ſub qbus eſt ſanguis xp̄i includeretur adeo modicum ꝙ ibi nō poſſet reſeruari ſpēs vini in illa parte deſineret eſſe ſanguis xp̄i: nec valeret obiectio: qḋ per appoſitionē ſimilis liquoris non poſſet adeo modicum de accidentibus illis includi in liquore appoſito: ꝙ eſſe deſineret vini ſpēs: qꝛ nō poſſet eſſe liquor appoſitus ſimilis niſi illud appoſitum eſſet vinū: inter vinum aūt non pōt adeo modicū vini includi ꝙ ſpēm vini deſerat. Nam ſanguis xp̄i eſt ſub ſpēbus aliqbus determinatis: propter qḋ nō ſufficit ꝙ ibi remaneat ſpēs vini: vt ibi ſit ſanguis xp̄i. Sꝫ reqritur ꝙ remaneat talis ſpēs vini: vt ſpēs illius vini: qḋ cōuerſum eſt in ſanguinē chriſti: lꝫ ḡ non poſſet adeo modicum de illis accidentibus includi intra liquorē ſimilē appoſitū ꝙ ibi eſſe deſineret ſpēs vini: poterit tn̄ ibi eſſe deſinere ſpēs talis vini: qḋ ſufficit vt eſſe deſinat ſanguis chriſti: per liquorem ergo ſimilē appoſitum vno modo ibi poſſet deſinere ſanguis chriſti: vt ſi ita modicū de illis accidentibus ſub qbus eſt ſanguis chriſti clauderetur intra liquorem appoſitū: ꝙ ibi ſaluari nō poſſet ſpēs talis vini. Sed ſi liquor appoſitus eſſet ꝯtrarius: dupliciter ibi poſſet deſinere ſanguis chriſti: vel per actionē ꝯtrariā: vel per incluſionē p̄dictā. In tanta enim parte illoꝝ accidentiū deſineret eſſe ſanguis chriſti: in q̄ta inducerentur accidentia ꝯtraria: ⁊ etiā deſineret eſſe hꝰ ſanguis in omni ea parte qua clauſa intra liquorē appoſitū non poſſet ibi ſaluari ſpēs talis vini. ℂ Ex hoc aūt poteſt ſaluari dictū doctoꝝ: quodꝫ ꝙ per appoſitionem liquoris inter accidentia contentiua ſanguinis chriſti in tāta parte eſſe deſinit dictus ſanguis quātam attingit liquor appoſitus: debet enim accipi illud attingere vel per dictam incluſionem vel per cōtrariam actionem: propter quod non per appoſitionem q̄ticūqꝫ liquoris: oportet ꝙ ibi eſſe deſinat totaliter ſanguis chriſti ſiue ſit liquor cōtrarius ſiue ſimilis. pꝫ ergo quomodo per appoſitionem liquoris alicuius inter accidentia cōtentiua ſanguinis chriſti ibi eſſe deſinit dictus ſanguis: ⁊ q̄ūo illorum accidentium eſt mixtio: qḋ declarare volebamus.

Propoſitio. L.

Totus chriſtus ſub vtraqꝫ ſpecie panis ⁊ vini a fidelibus ſumitur: qui vere viaticū dici poteſt: qꝛ per ipſū deuote ſuſceptum tanq̄ per viam tutā ⁊ veram perueniimus ad gloriam ⁊ ad amenum conſortium angeloꝝ: ad quod nos perducat chriſtus qui eſt benedictus deus in ſecula ſeculorum amen.

Declaratio.

ℂ Sub ſpecie panis ⁊ vini totus xp̄s continetur: ſed hoc ex nāli cōcomitantia non ex vi ſacramenti. Ex vi enī ſacramenti non ſolum ſub ſpecie panis per ſe ſumpta: vel ſub ſpē vini non ꝯtinetur totus xp̄s: ſed etiā ſub vtraqꝫ ſpecie ſimul non exiſtit totus xp̄s: illud enim eſt in altari ex vi ſacramenti in quod aliqd eſt ꝯuerſum: igitur ſub ſpē panis ex vi ſacramenti non eſt niſi corpus xp̄i tantū: ⁊ ſub ſpē vini eſt ſanguis xp̄i tantū. Plus eſt ergo ex vi ſacramēti ſub vtraqꝫ ſpē q̄ ſub altera tm̄: attn̄ ex vi ſacramenti nec ſub altera tm̄: nec ſub vtraqꝫ ſil' eſt totus xp̄s qꝛ anima eius ex vi ſacramenti ſub neutra ſpecie cōtinetur: cum nihil ſit conuerſum in ipſam. ex naturali tamen concomitantia ſub vtraqꝫ ſpē totus chriſtus exiſtit. Nā cum corpus xp̄i ſit nāliter coniunctū ſuo ſanguini ⁊ ſue anime: lꝫ ſub ſpecie panis ex vi ſacramenti ſit ſolum corpus: ex nāli tn̄ concomitantia eſt ibi ſanguis: aīa: ⁊ etiam ipſum verbū qḋ hꝫ inſepabilē vnionē ad carnem ⁊ ad animā: ſic etiā ſub ſpē vini eſt ſolus ſanguis ex vi ſacramenti: ſed ex naturali cōcomitantia ſunt ibi cetera ⁊ inde eſt ꝙ ſi totus ſanguis xp̄i fuit ſeparatus a corpore eius in paſſione: ſiquis tunc ſacrificaſſet ſub ſpecie vini fuiſſet ſanguis ſine anima ⁊ ſine carne: qꝛ hoc poſito ... ſanguis erat a corpore ⁊ ab aīa ſeparatus: ⁊ pari rōne ſub ſpē panis fuiſſet corpus ſine anima ⁊ ſine ſanguine. ... ne ergo dictū eſt: ꝙ qꝛ nunc ꝯiuncta ſunt que in paſſione diuiſa fuerunt: lꝫ tunc nō ex vi ſacramēti: nec ex nāli cōcomitantia fuiſſet ſub vtraqꝫ ſpecie xp̄s quātum ad o... ſua: nunc tn̄ non ex vi ſacramenti: ſed ex nāli concomitantia ſub accidentibus panis ⁊ vini totus chriſtus exiſtit. ℂ Dimiſſis ergo qōnibus que difficultatē nō pōderāt: vtrum non ſacerdos conficere valeat: ⁊ vtrum degradati vel etiā heretici ꝯficere poſſint: ⁊ vtrum qs debeat ... tinue celebrare: ⁊ vtrū euchariſtie ſumptionē corporalis turpitudo impediat: ⁊ vtrū in azimo vel in fermentato cōfici debeat: ⁊ qbus verbis chriſtus ꝯfecerit: ceteris talibus modica difficultate munitis cōcludamus: vt cōcludebaṫ in fine theorematis preaſſignati ꝙ hoc ſacramentū vere viaticum dici pōt: qꝛ in eo cōtinetur totus chriſtus: qui eſt via veritas ⁊ vita: per ipſū enī deuote ſuſceptum: tanq̄ per viā verā ⁊ tutam p̄uenimus ad patriam ⁊ ad amenū ꝯſortiū angeloꝝ: ad qḋ qꝛ pro viribus p̄uenire nō poſſumus: exclamo. Dn̄e ieſu qd̄ cunis laudis ⁊ honoris preconia euchariſtie myſterium: qꝛ inter cetera ſacramenta eſt deuotione ſumendū ſui nominis intelligentia pulchrius: ꝯtinētia ſanctius: per qnquaginta theoremata te auxiliāte deſcripſi. Repreſentās annū iubileū. cū per qnquagenariū extenſus ſeruos a ſeruitute liberos faceret: figurā huius ſacri myſterij: per qḋ habetur peccatoꝝ remiſſio: pretendebat. Per hanc ergo refectionē ſanctiſſimā me famulū tuū a diaboli p̄tāte redēptum p̄ducas ad gloriā ⁊ ad vitā delectabilē: cohortē angelicā: ad quā nos ordinat tui corporis ⁊ ſanguis ſacramentum. Qui cū patre ⁊ ſpiritu ſancto es vnus deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

ℂ Altiſſimi Egidij Romani cōtēplationes quinquaginta de ſanctiſſimo euchariſtie ſacro feliciter expliciūt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE